

16 *let de consecr. dist. 4. glo. 1. in c. penult. de tempor. ordin. & glo. 1. in cap. 1. de C. er. non ordin. & tradunt DD. hic, eo quod baptismus non habet efficaciam a Ministro, sed a principali agente, qui est Christus, qui principaliter in Sacramento operatur, D. Thom. in 4. dist. 6. quest. 1. art. 3. q. 2. qui generat sibi filios per fideles, & infideles, per Catholicos, & hereticos, sicuti Jacob per ancillas, & libertas: nam Christus est qui baptizat, quod & ab Augustino non raro inculcatur, ut patet in d. c. Dedit. c. Etiam, & c. Dominicus, 1. q. 1. in c. Baptismus, c. Soter, c. Alud, & c. Cum tantum de consecr. dist. 4. Et quamvis baptismus dicatur esse Sacramentum fidei in c. fin. de Presb. non bapt. in c. Nihil, de consecr. d. 4. & in decreto Concilii Tridentini de iustificatione c. 7. §. 6. Exconferit non tam ablutione corporis, quam fide cordis, ut legitur in c. Verus, de consecr. dist. 4. Hoc tamen non ideo dicitur, quod fides in ministro sit necessaria, sed quia, ut ait glo. in d. c. Nihil, in verb. Sacramentum in fide Christi conferatur, & in fide Ecclesie conferatur, vel quia in nomine Trinitatis conferatur, quia offerentes, & oblati tenentur credere, & confiteri vel quia signum est quod suscipiens, fidem habeat etiam si non habeat, aliquid impediens. Hec glossa. Item dicitur constare fide cordis, quia sine fide impius per baptismum non iustificatur, c. Quamvis, de consecr. dist. 4. c. Majoris infra ead. Ideoque S. Synodus dum dicit baptismum esse Sacramentum fidei, protinus addidit illa verba: sine qua nulli unquam contigit iustificatio.*

Auctoritates post Augustinum innumerae sunt. Et ex Canonibus nostris hoc tenentur originaliter Innoc. n. 8. licet eum pro suo errore falso citet impius Kennitus in 2. p. ex amnis Conc. Trid. ut refert Card. Bellarm. tom. 1. de Sacram. cap. 28. §. Adit Kennitus, & S. A. auctoritatem. Verba Innocentii haec sunt. Ad hoc ut aliquis baptizatus sit, necessarium est, quod baptizans intendat baptizare, non tantum balneare, vel carnes lavare; nec tamen videtur necesse quoad effectum baptismi quod sciat quid fit baptismus, scilicet quod ibi infundatur gratia, vel quod sit Sacramentum, nec etiam oportet quod credat hoc ipsum; imo et si contrarium credit, & totam reputat truffam, & deceptionem, tamen baptismus suum habet effectum. Item non est necesse quod baptizans sciat quid sit ecclesia, neque quod gerat in mente facere quod facit ecclesia. Imo si contrarium gereret in mente scilicet non facere quod facit ecclesia; sed tamen facit quia formam servat, nihilominus baptizatus est, dummodo baptizare intendat. Unde si quis in casu necessitatis constitutus, vel etiam sine necessitate vadat ad Sacramentum, & dicat baptiza me, & doceat eum formam, & ille Sacerdos baptizat, non credens per immersionem aliquid fieri, nisi in defactionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam male facere secundum intentionem petentis baptismum, id est ut baptismus operetur quicquid operari potest, & ipse baptizans tanquam minister conferat, quod alii baptizantes conferunt, licet non credat ipsum posse aliquid operari, verè baptizatus est; sed si hoc non intendet, non baptizaret; nec est necesse quod aliquando sciat, quid in his ecclesia intelligat, vel etiam quod sciat, vel credat ecclesiam esse. Hactenus Innocentius, cuius verba sere ad litteram transcripserunt, & secuti sunt hi. Host. num. 13. Joan. Andr. ref. Hoc autem notandum, col. 3. Ant. de

Butt. ref. Quero an ultra formam verborum, & Syl. velt in ver. Baptismus 3. §. 1. n. 2. Idemque probavit Archid. in cap. Soter, de consecr. dist. 4. (Baptismus, inquit, quod jocose, vel etiam mimice traditur, verè baptismus est si ad sit intentio dandi, si autem non ad sit, non est baptismus sicuti dicitur Hugonem,) quod die ut plene notat Innocentius extra de baptism. cap. 1. & sequuntur ibi Praepositi, & alii communiter, Anchar. hic. n. 2. dicens: (Non est ergo curandum in conferente baptismum, quod male de eo sentiat, & truffam, & deceptionem arbitretur, dummodo in forma consueta conferat, & intendat dare, quod dant alii baptizantes.) Et idem Innocentius in c. fin. num. 4. infra eodem, ubi ait: (Potest dici quod est baptizans, & baptizatus non crederent in baptismum aliquid conferri nisi sanitatem, dummodo baptizare intendet, bene esset baptizatus: Sed quid si non intendet aliquid per lavationem conferri nisi sanitatem? & tunc idem dicerem, quia baptizare intendunt, licet malam credulitatem, & intentionem habeant de viribus baptismi; sed si non intendent conferre baptismum, sed quamdam medicinam facere contra infirmitatem, sed verba formae exprimeant, tamen non crederent eum baptizatum.) Haec ille, quem similiter totidem verbis referunt ibi Host. num. 7. & Joann. Andr. col. 1. vers. Quod si baptizans, & baptizatus, Butt. num. 4. eodem vers. Abb. num. 5. (Si baptizans, inquit, & baptizatus intendunt baptizare, & baptizari, sed credunt quod baptismus solum proficit ad sanitatem corporis, & non animae, numquid conferatur verus baptismus? DD. quod sic. Satis enim est, quod servetur forma tradita ab ecclesia, & quod isti baptizare, & baptizari intendant.) Idem dicitur DD. supra cap. 1. Etiam si credant quod baptismus sit una truffa, dummodo intendant, ut dixi baptismum conferre, eo quod Spiritus Sanctus ad formam verborum invisibiliter operatur. Et ex recent. Navarr. in Manual. c. 22. de Sacram. Bapt. num. 7. ubi pro hac sententia adducit text. in cap. Quicumque, cap. A quodam, cap. Constat, & cap. Mulier, de consecr. dist. 4.

Ex Theologis verò idem docuit D. Thom. in 4. dist. 6. q. 2. art. 2. ad 1. (Intentio recta ad baptismum requisita, est, ut intendat facere, quod facit ecclesia, non tamen de necessitate requiritur ut faciat propter id quod facit ecclesia.) Item art. 3. q. 2. ad 1. (Quamvis ille qui non credit baptismum esse Sacramentum, aut habere aliquam spirituales virtutem, non intendat dum baptizat conferre Sacramentum, tamen intendit facere quandoque quod facit ecclesia, & si illud reputet nihil esse; Et quia ecclesia aliquid facit, ideo ex consequenti, & implicite intendit aliquid facere, quamvis non explicite.) Haec S. Thomas. Item Alex. de Ales in 4. par. q. 16. memb. 4. Ricchard in 4. dist. 6. art. 1. q. 2. ad 2. (Sufficit intentio facienti quod facit ecclesia in universalis, etiam si nihil credat, imo etiam si credat oppositum.) Item Gab. Biel in 4. d. 6. q. 1. (etiam si credat quod nihil efficiat, sufficit si intendat in universalis.) Item Hugo de S. Victore lib. 2. par. 6. cap. 13. (etiam si iudicet fiat, dummodo facere intendat, ut patet in Athanasio.) Item Robert. Aolcott in 4. d. 1. art. 3. ad octavum principalis, (dicitur etiam in ludis si intendit quod ecclesia, sufficit.) Item Jo. Bac in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. in fin. Item Durandus, & reliqui.

Quoad

18 Quoad secundum, scilicet, quam intentionem habeant Calvinista, dicendum est Calvinistas nullamquidem vim, atque efficaciam baptismi tribuere, sed tamen debent servare materiam, ac formam atque sufficientem habere ad baptizandum intentionem.

Prima pars, id est nullam vim illos baptismi tribuere patet in dubio. Secunda pars, scilicet de materia, ac forma patet, eo quod aqua naturali, & In nomine, &c. le debere baptizare putant.

Tertia autem pars, scilicet de intentione, patet etiam, quia etiam Calvinista intendunt saltem facere quod Christus faciendum instituit, seu quod faciunt illi qui verum habent Christi cultum; putant enim se tales esse, licet fallantur, vel certe intendunt facere, quod facit eorum ecclesia quocumque nomine appellatur, quia putant eorum ecclesiam verè esse membrum ecclesiae universalis. Huiusmodi autem intentiones sufficere, patet ex dictis in tertia propositione, quia in illis conuenit implicite, & in universalis intentio Sacramenti, quod Christus instituit, & quod faciunt veri Christi cultores, seu vera ecclesia, licet Calvinista decipiantur in horum cognitione particulari. Quam obrem baptismum collatum à Calvinista esse validum, nec iterandum tradunt in specie Cardin. Bellarm. tom. 1. de Sacram. c. 27. §. Sed hoc merum mendacium, & Valsq. d. dist. 138. cap. 3. in fin. Quod ipsum de ecclesia Geneve, probat idem Bellarm. loc. cit. §. Petes. Hanc autem Calvinistarum esse, & Calvinum pro insauratore illius habitum, affirmant Jo. Verus, & Claudius Sanctus, ut refert Prateolus in ver. Calvinista.

Ad argumentum respondet negando assumptum, scilicet, quod nullam habeant intentionem: nam quoad actum, habent: quod patet, quia baptizant, quoad effectum habent eam, quae sufficit, ut patet ex tertia, & quarta propositione, nec non ex secundo articulo questionis. Et eum instant, quia nec virtutalem, &c. dicimus eos habere universas implicite, ac virtualiter, &c.

Inaque ad dubium videtur posse responderi baptismum Calvinistarum esse verum baptismum, & ideo baptizatos ab eis non esse iterum baptizandos, etiam sub conditione, si baptizati non sint.

Tantum ceremoniae suppletae sunt in baptizatis à Calvinista, & in adultis praevia abjuratio, & reconciliatione, cap. Quamvis, & ibi gloss. 1. cap. Hi, de quibus, ubi gloss. fin. c. Si qui, in secundo, cap. Sive vera, de consecr. dist. 4. & cap. Quidam, de Apost. Quo tamen omnia subijctione censurae Sedis Apostolicae, ac ejus determinatione ne latum quidem unquam diceret intendimus.

De Baptismo.

Cap. Majores.

S Y M M A R I V M.

- 1 Baptismus utiliter conferatur parvulis, licet per actum non credant, nec intelligant; & remittitur eis peccatum originale, & n. 40.
- 2 Causae majores, & praesertim fidei spectant ad Papam privatis quoad omnes.
- 3 Abbas Panor mitatus auctoritatis Concilii contra Papam acerrimus propugnator.
- 4 Papa non potest decidere contra statusum Ecclesiae sine Concilio.

Contrarium, num. 7.

- 5 Papa potest errare in fide, sed tota ecclesia errare non potest.
- Contrarium, num. 12.
- Declaratur num. 13. & 17. & n. seqq. usque ad num. 24.
- 6 Fidem Christianam committere arbitrio iustus hominis, periculosum.
- Declaratur n. 11.
- 7 Fidei definitiones Papa etiam cum Concilio revocare non potest, sed tantum explicare.
- 8 Concilii statuta concernentia jus positivum possum per Papam tolli, & abrogari, etiam sine Concilio.
- 9 Cap. Anastasius 19. dist. est apocryphum, & falsò tribuitur Anastasio.
- 10 Concilio, & Papa potest esse major quam solus Papa extiterit, non autem inter se, & n. 17.
- 13 Papa ut homo privatus errare potest in fide, quod tamen haecenus per Dei gratiam non legitur contigisse.
- 14 Papa non dedit Deus impeccabilitatem in agendo, dedit tamen infallibilitatem in desinendo.
- 15 Symboli nova editio pertinet ad solam auctoritatem Summi Pontificis.
- 16 Fides una debet esse totius ecclesiae.
- 17 ecclesiae iudicium in questionibus fidei est infallibile, si ecclesiae consideretur, prout est unum corpus, cuius caput est Papa, & n. 21.
- 18 Secus si consideretur seorsim à capite, & n. seqq.
- 19 ecclesiae corpus non est sine capite, & omnis à capite defluit in membra potestus.
- 20 ecclesiae unum caput esse existimantur Christus, & Papa.
- 22 ecclesiae prout est collatio omnium fidelium, non est possibile ut in unum conveniant ad determinandum questiones fidei, & n. seqq.
- 23 Concilium non est ecclesia, nisi representativo.
- 24 Concilii iudicium in questionibus fidei an, & quibus casibus sit infallibile, & n. seqq. usque ad num. 37.
- Quid si Concilium sit congregatum sine auctoritate Papae n. 25.
- Et quid si auctoritate Papae sit congregatum, & Papa ibi sit praesens, n. 26. & 30.
- Et quid si Papa sit absens, num. 27. & 36.
- 25 Concilium sine auctoritate Papae congregatum est acephalum, schismatica conventicula, & Synagoga Satanae.
- 26 Concilii definitiones, cui Papa praesidet, sunt infallibiles, & n. 36.
- Alias secus, nisi post confirmationem Apostolicam, num. 28. & 36.
- Vel nisi Papa committat Concilio, ut talem articulum sic distinat, n. 30.
- 27 Concilium legitime congregatum habet potestatem statuendi pleno iure, sed ejus determinationes non sunt infallibiles, nisi in tribus casibus, & n. 36.
- 28 Concilium etiam legitime congregatum errare potest, prout aliquando erravit.
- 30 Concilii Ephesini secundae definitiones Leo Papa tanquam hereticas damnavit. 31 Con-



- 31 Conciliorum decreta Romani Pontificis olim confirmabant congregata Synodo Prelatorum sub Patriarchatu Romano, & praevia diligenti examinatione, & n. 36.
- 32 Concilia diffinitiones post impartitam illi auctoritatem à Papa censentur Papales; non tamen infallibiles, nisi in casibus, ut n. 36.
- 33 Infallibilitas in determinationibus fidei est donum Dei Petro, & successoribus datum, quod non est alteri communicabile, & n. seqq.
- 34 Gratia gratis data, quae hic enumerantur, non possunt alteri communicari, nisi à Deo. Donum fidei est supereminens fidei certitudo ad instruendum alios, ibidem.
- 35 Imperium merum, & ea, in quibus eligitur industria persone, subdelegari non possunt.
- 37 Circumcisio, & Baptismus, qui circumcissioni succedit, in quibus conveniant, & in quibus differant, & n. seqq. usque ad n. 53.
- 38 Conveniunt primo quia sicut olim per circumcissionem, ita hodie per baptismum remittitur originale peccatum.
- 39 Et ideo circumcisio non reiterabatur, sicut nec hodie baptismus.
- 40 Secundo quia sicut circumcisio tam adultis, quam parvulis ex precepto Domini conferebatur, ita hodie baptismus.
- 41 Tertio quia sicut olim sine circumcissione nullus salvari poterat, ita nec hodie sine baptismis.
- 42 Differunt primo quia baptismus tam masculis, quam feminis est conferendus; sed circumcisio ad feminas non pertinebat. Secundo quia multo plus confert baptismus Christianis, quam olim circumcisio Iudaeis, n. 47. Tertio quia baptismus est significantiore, decentior, & faciliore circumcissione, n. 50. Quarto quia circumcisio non imprimebat Characterem, sicut nunc imprimit baptismus, n. 51. Quinto quia circumcisio conferebat gratiam iustificantiem ex opere operante; nunc vero baptismus illam confert ex opere operato, n. 52.
- 43 Masculinum concipit femininum in lege non tantum humana, sed etiam divina.
- 44 Femina in veteri testamento non circumcidebantur, sed 14. die in templum offerebantur, ibique nomen eis imponebatur, & n. seq.
- 45 Circumcisio instituta fuit ut signum fidei Abrahamae, qui credidit se patrem futurum Christi sibi repraesentari.
- 46 Baptismus continet virtutem Christi qui est unum veris causa salutis omnium, & remissionis omnium peccatorum.
- 47 Iudaei quamvis per circumcissionem damnationis periculum evitarent, tamen non intrabant in Regnum Calorum, quod fuit omnibus observatum usque ad mortem Christi.
- 48 Baptismus si tempore circumcissionis fuisset, jannam Regni Caesaris non aperuisset.
- 49 Circumcisio si hodie locum haberet, Paradisi Januas aperiret, sicut baptismus.
- 53 In Baptismo parvulorum infunduntur virtutes Cardinales, & morales quoad habitum, li-

- cet non quoad usum.
- 54 Peccatum originale sine consensu contrahitur, & ideo sine consensu admittitur, scilicet parvulis.
- 55 Actuale vero consensu contrahitur, & ideo sine consensu minime relaxatur.
- 56 Peccatum originale est peccatum naturae, actuale vero est peccatum personae.
- 57 Peccatum originale non est fomes, seu pronitas ad ad peccandum, quae remanet etiam post baptismum.
- 58 Peccatum originale quid sit.
- 59 Languor naturae dicitur.
- 60 Amentibus, & dormientibus, qui non consentiunt baptismis, actuale peccatum non dimittitur, nec etiam originale.
- 61 Peccata Deus non dimittit ex parte, sed ex toto, & n. seqq.
- 62 Excommunicationibus pluribus ligatus potest absolvi ab una, nec cessatur à reliquis absolutus.
- 63 Peccati originalis pena est carceris visio Dei. Actualis vero gehennae perpetuae cruciatus.
- 64 Amentes, vel dormientes recipiunt characterem baptismi, si prius propositum habuerunt baptismum suscipiendi, alius secus. Et baptizari debent in furore etiam si contradiant, aut injuriam inferant Sacramento, ibid.
- 65 Fallit in amentibus, qui ante usum rationis in amentiam inciderunt, qui baptizantur sicut parvuli ex intentione ecclesiae.
- 66 Nisi habeant delucida intervalla.
- 67 Amentes sunt baptizandi si periculum timeatur, alioquin melius est expectare, ut sint sanamentis.
- 68 In Baptismo adultorum requiritur intentio ex parte baptizati ex necessitate Sacramenti, adeo ut baptizatus sine intentione sit denubaptizandus & n. seqq. usque ad n. 80.
- 69 Sed si non constat an habuerit intentionem, est rebaptizandus sub conditione, si non est baptizatus.
- 70 In Baptismo adultorum non requiritur intentio actualis, sed sufficit virtualis, & n. seq.
- 71 Voluntas semel posita praesumitur semper durare, nisi probetur mutata.
- 72 Amentes, vel dormientes qui nunquam consenserunt baptismis vel aliquando consenserunt, sed postea contraxerunt, characterem non recipiunt.
- 73 Ficti, qui non ore, sed corde dissentiant, baptismum suscipiunt Sacramento.
- 74 Et dicuntur ficti, qui apparenter ostendunt se rectam fidem habere, & Sacramentum venerari, & velle se Christo conformari, & corde dissentiunt, & n. seq.
- 75 Ficti quot modis dicantur.
- 76 Ficti accedentes ad baptismum suscipiunt Sacramentum, sed non effectum Sacramenti.
- 77 Et recedente fictione per cordis contritionem baptismus incipit prodire in remissionem peccatorum.
- 78 Intentio baptizati per se non requiritur ex necessitate Sacramenti, sed tantum per accidens, videlicet

- licet quando prius contraxerit, secundum opinionem Cajetani.
- Sed contra, num. 79.
- Characterem tunc Sacramentalis imprimis operatio, cum obicem voluntatis contrariae non invenit obstantem, & n. 76.
- 79 Procedit in iis, qui aliquando consenserunt, nec postea contradicendo obicem posuerunt.
- 80 Coactio absoluta consensum prorsus evacuat.
- 81 Baptizatus, vel ordinatus per coactionem absolutam, nec rem, nec characterem recipit Sacramenti, & n. 91.
- 82 Contradicere plus est, quam minime consentire. Idolus thurificare per vim absolutam coactus notam alicujus reatus non incurrit, ibidem.
- 83 Baptizatus, vel ordinatus per vim conditionalem recipit Sacramentum, sed non rem Sacramenti, & n. seqq. & n. 115.
- 84 Coactus per metum dicitur conditionaliter volens, licet absolute non velit.
- 85 Voluntas coacta voluntas est, non tamen absoluta, seu libera.
- 86 Voluntas coacta non sufficit in actibus, in quibus requiritur omnimoda libertas, ut in matrimonio.
- 87 In electione.
- 88 In dotis Constitutione.
- 89 Et in professione.
- 90 Ordinatus coacte ad ordinem Subdiaconatus an teneatur ad continentiam, & n. seqq. usque in finem. Quid si coactio sit absoluta, & n. 91. Et quid si coactio sit conditionalis, seu per metum num. 92. Quid si metus sit levis, ibidem. Et quid si metus sit cadens in constantem virum num. 94. Et quid si ordinatus prius habebat uxorem, num. 95 & num. 103. Et quid si uxorem non habebat, n. 98.
- 91 Ordinatus ad Subdiaconatum per coactionem absolutam non tenetur continere, quia nec recipit Characterem.
- 92 Metus levis, seu vanus non attenditur etiam in actibus, in quibus requiritur omnimoda libertas.
- 93 Et dicitur metus vanus, quem constans vir timere non debet.
- 94 Ordinari non potest conjugatus ad sacros ordines in praedictum uxoris.
- 95 Etiam si matrimonium non sit consummatum.
- 97 Et uxor continentiam promittat.
- 98 Baptizatus per vim conditionalem compellitur ad observantiam fidei, & illius sequela, & n. 109.
- 100 Ordinatus per metum non succurritur actione quod metus causa, quia contra impressionem Characteris restitutio dari non potest.
- 101 Continentia est res voti, non praecipii, nec debet esse nisi voluntaria, & n. 105.
- 102 Ordinatus ad sacros per vim conditionalem, nisi continet, privilegium clericalibus non gaudet.
- 103 Ordinatus ad Subdiaconatum per vim, & metum, non tenetur continere, licet uxorem non habeat, secundum opinionem, quam ultimo firmavit Rota, & n. seqq. usque ad nu. 113. & servat Cancellaria, & Penitentiaria, n. 103.

- 104 Metus cadens in constantem virum est iusta causa dispensandi cum Subdiacono ad matrimonium contrahendum.
- 105 Actus omnis requirens voluntatem spontaneam, seu liberam, si fiat per voluntatem coactam, non valet.
- Continentia requirit libertatem à coactione ib.
- 106 Puer ordinatus ad sacros non tenetur continere.
- 107 Metus sicut annullat votum continentiae expressum, ita & tacitum, seu annexum ordini.
- 109 Baptismo est naturaliter, & essentialiter annexa obligatio profitendi fidem.
- 110 Ordinis sacro non est annexa obligatio continendi essentialiter, seu naturaliter, sed tantum accidentaliter ex statuto ecclesiae.
- 111 Subdiaconus olim licebat matrimonio contrahere.
- 112 Ordinatus ad Subdiaconatum per vim conditionalem, tenetur vivere secundum regulam Subdiaconatus, sed non secundum illius accidentia.
- 113 Toletani Concilii decretum de iis, qui post assumpta Ecclesiasticarum dignitatum officia ad conjugia redeunt, expenditur, & n. seqq.
- 114 Metus, & violentia purgantur per liberum consensum supervenientem.
- 116 Ordinatus ad sacros per metum proveniente ab intrinseco, & casus naturalibus tenetur continentiam servare.
- 117 In vitis, & penitus contradiens nec Sacramentum recipit, nec rem Sacramenti.
- 118 Opinio probabilis à Concilio approbata desinit esse opinio, & efficitur lex necessaria tenenda.

**M**AJORES. Sacramentum Baptismi iustiter confertur parvulis, licet per actum non credant, nec intelligant; & remittitur eis peccatum originale, adultis vero amentibus, & dormientibus, est baptizentur, non dimittitur actuale, nec etiam originale, imo nec characterem imprimitur, nisi prius habuissent propositum baptizandi, id est baptismum suscipiendi. Hoc dicit integra haec Decretalis, secundum Jo. Andr. cum quo ceteri concordant. Dividitur per eum, & est dogmatica, decidens magnas fidei quaestiones.

Nota primo ex principio textus. In majoribus Ecclesiae causis, & praecipue in concernentibus articulos fidei, Papam esse iudicem privative quoad omnes: concordat c. Multi, & cap. Huic soli fidei, 17. dist. cap. Praeceptis, 12. dist. cap. Quoties, 24. q. 1. cap. Vi debitus in extremis verbis, de appellat. cap. Per venerabilem. Quis filii sint legitimi, & cap. Quamvis de election. lib. 6. cum similibus, & docet S. Thomas infra citandus n. 15. & de his in primis intelligitur Tridentina Synodus in cap. 10. sess. 24. in illis verbis. (Ab his excipiantur causae, quae iuxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandae,) ut plures celebres Jurisconsulti, & Sacri Palatii Apostolici Auditores olim responderunt ex auctoritate Sanctissimi à Sac. Congregatione consulti, ut dixi in cap. Licet, à num. 30. maxime n. 37. sup. de for. compet. An autem hujusmodi causae sint ad Sedem Apostolicam referendae ex divina institutione, an vero ex reservationum Apostolicarum, & quae sint majores causae; Anue Episcopi exceptis diffinitionibus fidei, & cessantibus reservationibus Apostolicis, tantam habeant



habent potestatem in suis Diocesisibus quantum habet Summus Pontifex in Ecclesia universalis, scripti plenè in c. *Perniciosam*, à num. 28, usque ad n. 72. maxime n. 56. supra de officio ordinis.

Illud tantum hoc loco admonendi sumus, nempe cavendum esse ab assertionibus Abbatis hic in 1. & 2. notab. Is enim cum in depressionem Romani Pontificis una cum Ludovico Romano pro viribus conatus fuisset extollere auctoritatem Concilii in schismate Bilsensium, in quo etiam Pseudo-cardinalis à Felice Antipapa creatus fuerat, ut dixi in c. *Significasti*, n. 49. & 56. supra de electione ubique hoc recitabat, quod biberat: Quare hic sumpta occasione ex materia Decretalis, asserit, Papam non posse decidere contra aliquod statutum Ecclesie sine Concilio; & ita intelligit textum in cap. *Anastasio* 19. *distinct.* & ibi glos. in verb. *Concilio*, quæ videtur velle, ut Papa in causa fidei teneatur Concilium requirere, & in tali causa Concilium sit supra Papam, & subiectus Abbas rationem, quia ubi in causa fidei constat de iudicio totius Ecclesie, Papa non potest aliquid decernere contra statutum Ecclesie, quia possidet Papa esse hæreticus, & sic errare in fide, c. *Si Papa* 40. *distinct.* sed tota Ecclesia errare non potest, ut c. *A recta*, & ibi glos. l. 24. q. 1. Cui addi potest Archid. in d. cap. *Anastasio*, n. 2. in fin. Dicens: Nimis periculosum erat fidem nostram committere arbitrio unius hominis, & cum sequitur Mar. Mantua in *tract. de Concilio* n. 162. inter tract. commun. tom. 2. fol. 86. Verum hæc assertio est erronea, primò in eo, in quo dicit Papam non posse decidere sine Concilio contra statutum Ecclesie: nam aut statuta huiusmodi sunt diffinitiones fidei: & tunc Papa etiam cum Concilio non potest illas revocare, quia alias convinceretur errasse, quod est impossibile, ut est textus formalis in c. *Sunt quidam*, 27. q. 1. & in c. *Sicut in fin.* & ibi glos. ult. 15. *distinct.* sed potest tantum explicare, ut per D. Thom. in 2. 2. q. 1. art. 10. ad secundam, & August. *Triumph. in summa de potest. Eccl.* quest. 10. art. 3. Aut sunt statuta iuris positivi, & ad mores pertinentia: & tunc potest illa tollere, & abrogare etiam sine Concilio, cap. *Contra per mundum*, il primo, 9. q. 3. ibi, (Apostolica Sedes sine ulla synodo præcedente, & solvendi quos synodus inique damnaverat, & damnandi nulla existit ne synodo, quos oportuit, habuit facultatem.) Concilia enim non possunt statuendo præfigere legem Papæ, sed Papa è contrario bene constituit Concilium, cum illius statuta immutat, & corrigat, cap. *Significasti*, ubi hoc fatetur ipsemet Abbas, n. 3. post Joan. Andr. n. 10. de electione. c. *Statutum. de scriptis*, lib. 6. & notat. glos. in cap. *Vbi periculum in verb. Concilio, de electione. eod. lib.* quam pluribus confirmat Cardinal. Turrecem. in *Summa de ecclesia* lib. 3. c. 24. & cap. 44. propterea standum est sententia Papæ, si contradicit Ecclesie, vel Concilio, etiam in materia dogmatum, ut docet S. Thom. in 2. 2. q. 5. art. 10. & scripti plenius in prædicta Decretali *Significasti* num. 11. post Io. Andr. ibi in verb. *Robur*, num. 9. & alios complures. Non obstat textus in d. c. *Anastasio* 19. *distinct.* quia est apocryphus, & falsò tribuitur Anastasio, ut convincitur ex notis, quæ habentur immediate post d. cap. In verb. *Anastasio*, hinc. Nec similiter obstat glos. ibi posita in verb. *Concilio*, quia non dicit in causis fidei Concilium esse supra Papam, sed dicit: Synodus simul cum Papa est maior, quam Papa solus, & illud verbum, *ma-*

ior, debet intelligi extensive non autem intensive, ut ibi notat glos. marginalis ex Cajetan. *Apologia* p. 2. c. 13. ad 6. & Turrecemata in *Summa de ecclesia* lib. 3. cap. 64. dum verò glos. dicitur de fide agitur, Papam teneri requirere Concilium in hoc est manifestè erronea, ut ex dictis constat, & probatur latissime in d. c. *Significasti*, à n. 11. de electione. Nec contradicit Archid. loco citato, quia in dicto illo non figit pedes, imò arguit contra, tum per c. *Hæc est fides*, 24. q. 1. Tum quia Synodus causam fidei Papæ committit, ut c. *Nunc autem*, 11. *distinct.* & cessat ratio periculi ob assistentiam Spiritus Sancti in diffinitionibus fidei, ut in d. c. *Hæc est fides*, & in c. *Arctus* 24. q. 1.

Deinde assertio Abbatis est erronea in eo, in quo dicit Papam posse errare in fide; & ideo in causis fidei non posse statuere contra sententiam Concilii, sed ecclesiam errare non posse, Quoniam est in fide Papa errare possit ut homo privatus (quod tamen per Dei gratiam nec in Beato Marcelino, nec in alio quocumque Romano Pontifice hæc tenus legitur contigisse, ut scripti in d. *Significasti*, n. 68. & seqq. de electione) tamen quia non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris, ut dicit text. in c. *Quarid, de translatione. Episcop.* Idcirco errare non potest quando diffinit ex Cathedra tanquam Magister, & caput ecclesie, quia licet Deus ei non detur impecabilitatem in agendo, c. *Non nos*, & ibi glos. *penult.* 4. *distinct.* dedit tamen infallibilitatem in diffiniendo, ut hic, & in d. cap. *Hæc est fides*, 24. q. 1. & egregie docet D. Thom. in 2. 2. q. 1. art. 10. in corp. dicens. (Ad illius auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconclusa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem maiores, & discretiores Ecclesie questiones referuntur, ut dicitur in decreto *dist.* 17. c. *Multis*, unde & Dominus *Luca* 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit; Ego pro te rogavi Petre, ut non desinat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et huius ratio est, quia una fides debet esse totius Ecclesie secundum illud 1. ad Corinth. 1. *Idipsum dicatur omnes, & non sint in vobis schismata*, quod servari non possit, nisi questio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Ecclesie præsit, & sic eius sententia à tota Ecclesia firmiter teneatur; & ideo ad solam auctoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam Ecclesiam.) Hæc S. Thom. quod pluribus Sanctorum Patrum testimoniis confirmat Augustin. *Triumphus de potest. Eccl.* q. 10. art. 1. & q. 11. per totam, è contra verò Ecclesia si consideretur prout est unum corpus, cuius caput est Papa, ut in c. *Quodcumque*, 24. q. 1. uno procul dubio in questionibus fidei iudicium Ecclesie est infallibile, quia Papa est qui diffinit unà cum Ecclesia, ut dixi in c. 1. à n. 38. usque ad n. 65. supra de potest. & tunc potestas Papæ cum Ecclesia maior est extensive, quam solius Papæ, ut tetigit supra n. 10. & hoc sensu verum est, quod Abb. dicit hic in 2. notab. Ecclesiam totam errare non possit; quia Christus oravit pro Petro, id est pro tota Ecclesia in persona Petri, sed pro Petro principaliter tanquam pro capite, & probatur in d. c. *Pudenda* 24. q. 1. sin autem accipitur Ecclesia solum à Papa, utique tunc diffiniendi nullam habet potestatem, quia est corpus Acephalum, cap. *Submittitur*, 21. *distinct.*

19 *distinct.* Imo non est corpus Ecclesie sine capite, & omnis ex capite defluit in membra potestas, ut dicitur verbis à Pius II. in Constitutione, quæ incipit. In omnibus agentibus, edita 6. Kalen. Maii 1463. in Bullar. tom. 1. pag. 322. Ad hoc cap. Non desit, 12. *dist.* cap. *Quamvis*, 21. *dist.* cap. *Omnes*, 22. 20 *distinct.* & cap. *Fundamenta*, de elect. lib. 6. Nec refragatur quod Ecclesie caput sit Christus, secundum Apost. ad Coloss. 1. & ad Ephes. 1. Quia non propterea Ecclesia dicitur corpus monstruosum, quasi habens duo capita: quandoquidem Christus, & Papa unum caput esse existimantur, ut Extravag. *Vnam Sanctam*, de major. & obedient. & multis comprobatur Card. Alban. de potest. Papæ & Concilii, in 2. part. num. 152. Rufus nil refert quod Christus dixerit Apostolis, & Ecclesie: Accipite Spiritum Sanctum, &c. Ioann. 20. & Matth. ultim. cap. 16. Dominus, 19. *distinct.* §. 1. 24. quest. 1. cap. *Innovi*, 21. *distinct.* Quoniam ibi erat etiam Petrus ut Papa, & caput Ecclesie: & ita etiam intelligi debet, quod ait glos. 1. in cap. *A recta*, 24. quest. 2. Item glos. in cap. *Ita Dominus*, in verb. *Nec porta*, 19. *distinct.* & DD. alibi, videlicet Ecclesiam non posse errare, quia à Spiritu Sancto gubernatur, qui est Spiritus veritatis, sicut promisit Dominus Joan. 16. *Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, & Actor. 15. Inquinat Apostoli; *Videtur est Spiritus Sancto, & nobis*. Hæc namque, & consimiles auctoritates intelliguntur de Ecclesia cum suo Capite, & de Apostolis, cum Petro Apostolorum Principe, lege Turrecem. in cap. *Sancta Romana*, num. 15. *distinct.* Ideoque cum B. Augustinus contra Epistolam Manichæi tom. 6. cap. 5. dixerit. (Ego autem non crederem Evangelio, si non crederem de potest. Eccl. quest. 10. art. 1. vers. In contrarium. Ex mandato ergo Papæ, qui est caput Ecclesie, illa, quæ sunt fidei, roborantur, & terminantur. Adde quod si potestas diffiniendi in concernentibus fidem data fuisset Ecclesie, prout est cæteris, & collectio omnium fidelium, profectò cum non sit possibile ut tota Christianitas, nisi in suo capite, in unum conveniat ad diffiniendum questiones fidei, huiusmodi potestas fuisset vana, & frustratoria, tanquam non fedacibilis ad actum, ut patet in 2. *Physicor.* cap. 2. text. 62. Quod impium esset sentire. Concilium verò non est ecclesia universalis, nisi representativè, sed ecclesia universalis est collectio omnium fidelium, ut Abb. inquit in cap. *Significasti*, num. 3. vers. *Quia dico*, quod licet Concilium Generale, de electione.

24 Quod si nihilominus urgeas infallibilitatem diffiniendi fuisse datam Concilio; ut cap. *Sicut*, 15. *distinct.* adhuc ostenditur hoc esse falsum: nam, aut Concilium est congregatum sine auctoritate Papæ, & est acephalum, ut dicit text. in d. cap. *Submittitur*, 21. *distinct.* nec ullam diffiniendi, vel statuendi habet potestatem, quia potius dicitur Conciliabulum, cap. *Multis*, 17. *distinct.* Schismatica conventicula, & synagoga Satana: ut legitur in Bulla indictionis Concilii Lateranensis. sub Julio II. in princ. tom. 4. *Concilior.* par. 2. pag. 14. col. 1. & in eodem Concilio sub Leone X. sess. 1. eod. tom. pag. 120. col. 2. & in Bulla Pii II. supracitata num. 19. & latissime comprobatur Cardinal. Alban. in tract. de potest. Papæ, & Concilii, part. 2. à num. 188. usque 264. num. 220. Aut Concilium est congregatum

Papæ auctoritate: & tunc si Papa ibi præsideat, res est extra omnem dubium, ut constat ex dictis supra n. 17. & in hoc casu intelligendi sunt qui dicunt Generale Concilium in spectantibus ad si. Iem, & mores, errare non posse, ut Mar. Mantica de Concilio num. 157. in fin. Aut Papa est absens: & tunc quamvis Concilium, ut potest legitime congregatum potestatem habeat in spiritualibus pleno iure, ut notant Innoc. Hostien. & alii in cap. *Extra missa*, de electione. Castaldin. de Boncompagn. de potest. Papæ num. 75. inter tract. communes tom. 14. fol. 352. Tamen ejus iudicium non est infallibile, nisi post confirmationem Romani Pontificis, ut infra n. 31. & 36. quia Christus non pro Apostolorum Concilio, sed pro Petro rogavit, ut non deficeret fides ejus, ut dictum est supra num. 15. & 16. Unde Concilium errare potest, prout alias erravit, ut cap. *De piellus*, & cap. *Placuit*, juncto cap. *Tria*, 36. q. 2. & notat Abbas in cap. *Significasti*, num. 3. de electione. Cardin. Turrecem. in c. *Anastasio*, in fin. 19. *distinct.* & Cardin. Alban. de potest. Papæ, & Concilii in 2. part. num. 107.

Ideoque licet universale Concil. Ephesinum II. Extirpanda hæretis gratia fuerit legitima auctoritate inchoatum; nihilominus Leo P. pa. minimè probavit ipsius Concilii diffinitiones; Imò illi in sequenti Concilio Calcedonensi tanquam hæreticas damnavit, ut refert idem Turrecem. in *Summa de Ecclesia* lib. 2. cap. 100. Unde mosus Romanorum Pontificum cum confirmari essent decreta Conciliorum Universalium, quibus personaliter non interfuerant, congregare Synodum Prælatorum, qui erant sub Patriarchatu Romano, & ibidem prævia diligenti examinatione illa confirmabant, sicut legitur de Beato Sylvestro, cum decreta Concilii Nicæni approbasset, ut notat Turrecem. ubi supra.

Nec prædictis adversatur, quod cum omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem celebrantur, ut legitur in d. cap. *Significasti*, circa fin. vers. *Cum omnia Concilia de electione*. Illorum diffinitiones post impartitam eis auctoritatem censeri debeant Papales, & consequenter infallibiles, cap. *Si Apostolica*, cap. *Si eum*, & cap. *Hic qui in fin. de præben.* lib. 6. cap. *Cum aliquibus*, de rescriptis. eod. lib. quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimus, l. 1. §. *Sed neque*, C. de veter. jur. enucleat. Et qui per alium facit &c. cap. *Quiper alium*, de reg. jur. lib. 6.

Nam respondetur prædictas regulas procedere in his tantum, quæ ex sui natura possunt alteri delegari, secundum ea quæ leguntur, & notantur in l. 1. §. de off. ejus, & in de reg. *Quiper alium*. Ad infallibilitatem in determinationibus fidei non est huiusmodi, quia fuit divinitus collata ipsi Petro, & ex Petri persona illius successoribus, ut hic in text. & in concordant. supracitatis num. 14. & seqq. Dona autem Dei, & gratia gratis data, videlicet sermo Sapientie, sermo Scientie, Fides (id est supereminens, fidei certitudo ad instruendum alios) gratia fanitatum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, & interpretatio sermonum, non sunt alteri communicabiles, quia sunt immediatè à Deo, secundum Apost. 1. ad Corinth. 12. & docet S. Thomas in 1. 2. quest. 111. art. 4. in corp. ad 2. & ad 4. Huiusmodi enim habitus non nisi à Deo confunduntur, sicut dicitur de omnibus virtutibus gratuitis, ut idem docet ibidem quæ 51.







tate Sacramenti, quod est contra glos. in cap. *Solent*, in vers. *Impetrandum*, de consecrat. dist. 4. quae incaute dicit, baptizatum recipere Sacramentum, qualem cumque habeat intentionem, dummodo minister intendat baptizare; sic licet requirit intentionem ex parte ministri tantum, non autem ex parte baptizati quod etiam sentit glos. hic in verb. *Perdurare*. Sed has glos. dicit erroneas Sor. in 4. sent. dist. 5. quae unica art. 7. Et ut praedixi, est hic aperta diffinitio in oppositum, ut patet ibi, *dormientes autem*, & *amentes si priusquam amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione persisterent*, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare, est fuerint sic immersi, characterem non suscipiunt Sacramenti: Secus autem si prius amentiam extiterint, & habuissent propositum baptizandi. Ex quibus verbis constat eviderenter baptizati consentium, seu propositum necessarium praerogari ad hoc ut character sacramentalis imprimatur; alioquin frustra text. appouisset conditionem illam, si prius, &c. Atque ita docent expressae Alex. de Ales in 4. par. qu. 18. membr. 1. Scot. in 4. sent. dist. 4. q. 2. Sancti. Bonaventura ead. dist. 4. art. 2. q. 1. Durand. ibid. q. 7. Ricchar. dist. 6. art. 2. q. 3. Petr. de Palude ead. dist. 1. quae 2. Sorus, dist. 5. q. unica, art. 7. Silvest. in verb. *Baptismus*, 4. q. 14. & est sententia S. Thomae, licet ejus verba laetis clara Cajetan. in alium sententiam detorqueat, in 3. par. q. 68. art. 7. in corp. & in resp. ad secundum ubi sic ait. (Quod si in adulto deesset intentio suscipiendi Sacramentum, esset rebaptizandus: si tamen hoc non constaret, esset dicendum: Si non es baptizatus, ego te baptizo.

70 Ceterum adverte, quia in adultis non requiritur intentio actualis, ut eviderenter hic probatur; nam dormientes, & amentes, qui prius habuerunt propositum suscipiendi baptismum, characterem suscipiunt Sacramenti, ut in litera; & tamen actuale intentionem non habeant. Licet qui baptizatur studiosè curare debeat, ut etiam actuale intentionem adhaereat. Sed hoc non est totaliter positum in hominis potestate, quia praeter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, secundum illud Psalm. 139. *Cor meum delinquit me*. S. Thomas in 3. par. quae 64. art. 8. ad tertium in fin. Sufficit ergo in baptizato intentio virtualis. Quo fit, ut si amentes, vel dormientes autem demantiam, vel dormitionem baptizati voluerint, nec postea contradixerint, characterem recipiant; quia consensus, quem semel habuerunt, adhuc durat virtute, cum voluntas temelposita semper durare praesumitur, nisi probe tur mutata, cap. *Per lacum*, supra de his, quae vi, met. caus. Et hic not. glos. in verb. *Perdurare*. Hostien. num. 40. in eod. verb. *Butt. num. 9.* & alii communiter, & iusè explicat Cajetan in 3. part. D. Th. q. 68. art. 12. concl. 2. Sed è converso si nunquam consentiant, sed postea contradixerint, non recipiunt Sacramentum, quia intelligitur in eis contradictio nis propositum perdurare, ut hic, & in cap. *A nobis ille secundo*, infra de sent. excommuni. & sic deest in eis intentio virtualis, ut pote evacuata per supervenientem dissentiam, ideoque characterem non suscipiunt Christianitatis impressum, ut hic in litera, & docet D. Thom. in 3. part. dist. quae 68. quae etiam est communis aliorum sententia ut refert Gregor. de Valentia tom. 4. dist. 4. q. 3. p. 1. 2. ver. *Ad quartum*, quam etiam hic tenent communiter Canonistae.

73 Non obstat quod dicitur de fictis, qui quamvis non ore, corde tamen dissentiant, & Baptismus recipiunt Sacramentum, ut hic patet, & in cap. *Sicut fides*, 1. quae 1. & in cap. *Solent*, de consecrat. dist. 4. quoniam ficti non dicuntur qui voluntatem non habent suscipiendi baptismum, non enim text. dicit fictos, qui corde dissentiant Baptismo, sed simpliciter qui corde dissentiant. Unde dicitur ficti qui apparenter ostendunt se rectam fidem Christi habere, & Sacramentum venerari, & velle se Christo conformare, & velle à peccato recedere, & tamen corde dissentiant. Unde etiam cum peccato mortali vult homo inhaerere si ad baptismum accedit, fictus accedit, quod est indevorè accedere, ita S. Thom. in 3. par. q. 69. art. 5. ad tertium.

74 Praeterea ut ibi dicitur in corp. Quatuor modis, secundum Augustinum dicitur aliquis fictus. Uno modo ille, qui non credit, cum tamen Baptismus sit fides Sacramentum. Alio modo per hoc, quod contemnit ipsum Sacramentum. Tertio modo per hoc, quod aliter celebrat Sacramentum non servans ritum ecclesiae. Quarto modo per hoc, quod indevorè accedit. Erii suscipiunt quidem Sacramentum, cum intendant illud suscipere, sed non effectum Sacramenti cum charitate non habeant. Ideoque recedente illa fideione per cordis contritionem, baptismus sine alia iteratione incipit prodesse in remissionem peccatorum, ut est text. in cap. *Tunc valere, de consecrat. dist. 4.* & hic notat praecitata glos. in verb. *Perdurare*, in fine, & de his loquitur haec Decretalis, & jura praerogata, non autem de fictis, quibus deest intentio suscipiendi baptismum.

78 Rursus non obstat, quod tunc characterem Sacramentalis imprimat operatio, cum obicem voluntatis contrariae non invenit obstantem, ut hic concluditur in fine, quibus verbis innixus Card. Cajetan. in 3. p. q. 68. art. 7. col. 5. vers. *His excusis opinantus est in adultis minimè requiri se voluntate in suscipiendi baptismum ex necessitate Sacramenti, sed tantum per accidens in aliquo casu, videlicet cum quis habuisset prius voluntatem contrariam, quia tunc ad eam excludendam, & irritandam deberet consentire in baptismum; secus verò si nunquam consensisset, nec dissensisset positive, sed habuisset se merè negativè, quia hoc casu si baptizaretur, characterem susciperet, eo quod in tali non esset repete obicem voluntatis contrariae, secundum eum.*

79 Id inquam non obstat, quoniam praedicta verba referri debent ad questionem ibi paulò ante de terminatam de amentibus, & dormientibus, qui characterem suscipiunt si prius habuerunt propositum suscipiendi baptismum, nec postea contradixerunt. Hinc namque Sacramentum recipiunt per rationem in litera expressam, quia scilicet characterem Sacramentalis imprimat operatio, cum non inveniat obicem voluntatis contrariae obstantem, acipe quia semel consenserunt, nec postea contradicendo obicem posterunt. At nullatenus referri debent ad eum, qui nunquam consensit, quia in tali licet non adsit obicem contrariae voluntatis, quia nunquam dissensit positive; tamen deest intentio, & voluntas necessaria ad Sacramentum suscipiendum. Unde Cajetan opinione merito refellunt Sor. in 4. sent. d. dist. 5. quae 1. unica art. 7. & Gregor. de Valentia, par. 4. d. dist. 4. quae 3. p. 1. 2. ver. *Sic etiam*, & opinione.

Ultimo nota in eadem s. differentiam inter coactionem praecalam, & conditionalem: Nam praecala coactio consensus profusè evacuat, itant sic coactus dicatur potius pati, quam agere, ut cap. *Sacris*, supra de his, quae vi met. caus. Unde si baptizetur, vel ordinetur, nec tunc, nec characterem suscipit Sacramenti, ut in rex. veluti cum aliquis reclamans immergitur violenter, ut per D. Thom. in 4. sent. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 3. in corp. vel secundum Jo. Andriam d. cap. *Sacris*, num. 15. vers. *Exemplum*, si Judaeum vel Paganum Christiani verbibus exuant, ad fontem porrent, & baptizent; vel si haeretici per eundem modum rebaptizent Christianum, vel si detineatur Acolythus invitatus coram Episcopo, per quem fit Subdiaconus, ut cap. *Constat*, 1. q. 1. Quia plus est expressè contradicere, quam minimè consentire: Sicut nec ille notam alicujus reatus incurrit, qui contradicens penitus, & reclamans thurificare idolis cogitur violenter, ut hic dicitur in vers. *Ille verò*. Videlicet aperiendo manum ipsius, imponendo granatibus, & demum ipsam manum resolvendo super prunas, quae sunt ante idolum, ut cap. *Prohibetur*, 50. dist. Coactus vero conditionaliter, id est qui terretur, atque supplicis affabatur, & ne detrimentum incurat, Baptismi, vel Ordinis suscipit Sacramentum, utique characterem recipit, quia talis coactus, seu vis coactiva non evacuat profusè, sed attenuat consensus, ut dicitur in d. cap. *Sacris*, supra, de his, quae vi met. caus. Quod enim fit per metum, magis habet rationem voluntarii, quam involuntarii, ut declarat S. Thom. in 2. quae 6. art. 6. in corp. & in respon. ad tertium, & in 4. sent. dist. 29. quae 1. art. 1. & fultus dixit in praedicta Decretali *sacris*, 4. num. 17. usque ad n. 25. Licet talis rem non suscipiat Sacramenti, ut per eundem in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 3. in corp.

87 Quippe sic coactus dicitur conditionaliter volens, licet absolute non velit, ut hic in litera; quia coactus voluntas, voluntas est: voluit enim facere, quia voluit vivere, ut Augustin. ait in c. *A marito* 15. q. 1. licet non sit voluntas absoluta, seu libera, secundum Abb. hic in 2. not. ex hoc inferentem, ut in acta, in quo requiritur absoluta voluntas, ut in matrimonio, ubi requiritur omnimoda libertas, cap. *Cum locum*, de sponsal. voluntas coactu non sufficit, cap. *Significavit*, de eo qui duxit in matrim. & tenet glos. pen. in cap. *Veniens*, de sponsal. & plenius in cap. *Abbas* in gloss. unica ante medium, de his, quae vi met. caus. quam dicit communiter ree. e. peam Cesar. de Gall. decis. 20. ab is 2. num. 5. eod. ut in d. dist. 20. ab is 2. num. 5. eod. ut in d. dist. 20. ab is 2. num. 5. eod. ut in d. dist. 20. ab is 2. num. 5. eod.

88 Ubi periculum, & ceterum de elect. lib. 6. & in dote metu constituta, l. *Si mulier*, §. *Si dos*, ff. quod met. caus.

89 Et idem dicendum in professione, quia nullus tondendi debet, id est monachus ficti, nisi spontanea voluntate, ut c. *1. supra de regular.* & die spontanea, id est libera, & non coacta, ut in c. *Per lacum*, supra, quod met. caus. unde professio emissa per metum est ipso iure nulla, cap. *Præfatus clericus*, 23. q. 3. & scripti plenè in d. cap. 1. d. num. 22. post glos. ult. ibi, *Butt. n. 2.* & 10. *Anchar. n. 2.* Ab. num. 1. & Jo. de Anan. §. *Causa* autem, in quibus requiritur voluntas libera, enumerat glos. magna in c. *Inter cetera* 22. num. 4.

90 QUERO, an coactus promotus ad ordinem Subdiaconatus ad continentiam teneatur. In hoc quaestione, ut clara à dubis legi cogentur, Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal.

distingendum est inter coactum absolute, & in praesens, & coactum conditionaliter, & conditionaliter, prout distinguitur in hoc *Item quaritur*, & in cap. *Sacris* supra, de his, quae vi met. caus. & per D. Th. in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 1. & dixi supra, n. 30.

91 Et quidem absolute coactum (videlicet in cuius manu violenter attrahat Episcopus ponit calicem vacuum, cum patena vacua superposita, & debitam verborum formam profertens invitum, repugnantemque ordinat Subdiaconum, ut cap. *Constat*, 1. q. 1.) planum est non teneri ad continentiam, quia talis nec characterem suscipit Sacramenti, ut cap. *Prohibetur*, 50. dist. & est aperta determinatio Apostolica in hoc s. *Qui hinc tenent omnes*, & in d. c. *Sacris*, ut retigi supra in ult. notab.

92 Conditionaliter autem coactus, id est qui metu involuitur ad sacrum ordinem suscipiendum, si quidem metus sit vanus, seu levis, nullum est dubium, quin ad continentiam teneatur, quia etiam in actibus, in quibus requiritur plena libertas, ut in matrimonio, c. *Cum locum*, de sponsal. & in voto, cap. 1. de regular. & dixi supra num. 86. & 109. talis metus non attenditur, ut cap. *Cum dilectus*, & ibi plenè notatur, de his, quae vi met. caus. Caldein. conf. 463. alias unicam fin. qui Cleric. vel vovent. & dicitur vanus, quia in constanti vitæ timere non debet, l. *Metum*, & l. *Seq. ff. quod met. caus.* Bellam. conf. 9. num. 12. *Si vero sic metus mortis*, vel cruciatus corporis, vel alius cadens in constantem vitam, juxta text. in d. cap. *Cum dilectus*, juncta glos. in verb. *Metum mortis*. Tunc iterum subditus tingendum: nam aut sic ordinatus uxorem primum habebat, aut non habebat. In 1. casu conveniunt DD. ut non teneatur continere quoad nulum illius matrimonii, licet characterem susceperit ut hic patet, & dixi supra in ult. notab. tum quia effectus contra naturalem rationem ad eum ad continentiam servandam, qui in remedium concupiscentiae matrimonii copulavit, & sacrum ordinem suscipit invitus, §. *Si ita*, 1. q. 2. glos. in extravag. Joannis xxij. *Antiqua*, in verb. *Efficit*, de voto. Tum quia talis ordinari non potuit in praedictum uxoris, cap. *Conjugatus*, infra de convul. *Conjugator*, & in hoc conveniunt auctores utriusque sententiae inferius citandi, 99. & n. 102. Quod locum habet etiam matrimonium non sit consummatum, ut per Abbatem in hoc s. *Item quaritur*, num. 7. vers. *Si tamen ipse habuisset uxorem*.

97 Rursus locum habet etiam uxor continentiam promittat, ut tenent Goffred. in Summ. de etat. & qualitat. num. 11. vers. *Circabani* Hostien. Summ. eod. tit. num. 5. vers. *Sed numquid conditionaliter*. S. Antoninus in Summ. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 18. *prope fin. vers.* De sic coactu ad ordinem, Sylvest. in verb. *Ordo*, 4. sub num. 1. vers. *Et secundo*. Tabienn. in verb. *Ordo*, 2. num. 12. *Pisane*, cum supplemento in verb. *Ordinatus*, 1. vers. *Verum coacte ordinatus*. Archid. in cap. *De ludis*, in fin. 45. dist. & est communis opinio, quam etiam probavit Rota, ut in dicam infra num. 103. licet Cardinal. in Clemen. Generale, §. *fin. num. 14. vers.* *Decimo quarto*, de etat. & qualitat. teneat indistinctè ordinatum per vim cautivam ad continentiam teneri.

98 In secundo autem casu, id est cum ordinatus per metum prius non habebat uxorem, ardua est quaestio an teneatur voto continentiae, necnè? Prima opinio est eorum, qui affirmant hunc teneri, & cogi posse ad continentiam servandam, hoc



hoc præcipue fundamento, quia quædam modum suscipiens Baptismum per vim conditionalem compellitur ad observantiam fidei, & ipsius sequam, ut determinatur in hoc §. & in c. De iudic. 45. dist. Ita & Ordinem suscipiens debet compelli ad observantiam Ordinis, & sequam ipsius, & sic ad continentiam, quæ sacro Ordini est annexa, cap. Abbat, 31. dist. cap. A multis, supra de etat. & qualitat. & hanc partem tenuerunt Goffred. Hostien. Archid. & alii supracitati num. 97. Jo. And. hic in fin. Henric. Boich. num. 5. qui bene declarat opinionem Joannis, & dum ultimo loco refert opinionem Goffredi, & Raimund. videtur eam sequi Buttr. in hoc §. Idem queritur, num. 7. dum similiter recitat ultimo loco opinionem Goffredi, Cardin. in eodem §. vers. Quæro si quis conditionaliter: nam etsi videatur probare opinionem glossæ, tamen, ut ipse ait, opinio Goffredi 100 est honestior, Abb. in eod. §. num. 7. subdens, quod DD. communiter videntur tenere contra opinionem Joannis, & quod hic est casus, in quo metum passo non succurritur per actionem quod metus causa, quia contra impressionem characteris, cum sit indelibilis, restituito dari non debet, nec potest, maxime cum iste dici possit ad meliorem invitatus, ut in simili notatur in cap. Cum dilectus, in gloss. in verb. Ad satisfactionem, de his que vi, metus caus. Idem firmant Raymund. in sum. de etat. & qualitat. Cardin. in d. Clem. Generale, in fin. eod. tit. Stephan. de Gaet. in repetitione, cap. Ad limina, 30 q. 1. §. 4. 19. num. 96. Alberic. in Dictionar. in verb. Ordo, vers. Vtrum coactè ordinatus, & ex Theologis Petrus de Palude in 4. sent. dist. 38. q. 3. art. 4. consil. 6. num. 28. & Sor. de just. & iure, lib. 7. q. 2. art. 5. in solut. ad ultim. arg.

Secunda opinio primæ opposita est Joannis glossatoris in cap. Vbi ista, in ver. Honorem, 7. 4. dist. Quæ tunc ordinatum ad sacros Ordines per metum, qui cadit in continentem virum, non tenet ad continentiam ea ratione, quia integritas est res voti, non præcepti, cap. Integritas, 32. q. 1. & continentia non debet esse nisi voluntaria, c. p. 101 Ante trimum, 31. dist. & cap. Presens, 20. quest. 3. Licet subdat sic coactum ad continentiam tenet cantativè, scilicet si velit ut privilegium clericalibus, quibus aliàs frui non potest: & opinionem Joannis probantur in d. cap. Vbi, Hugo, & Archid. in fin. Gemin. in eod. fin. Calderin. conf. 1. in fin. Qui cleric. vel pover. Vitalin. in Clem. fin. num. 30. & 31. de etat. & qualitat. Ubi sentit videtur sic coactum non tenet continentiam servare, licet assignet rationem, quia coactè ordinatus non recipit characterem, quæ ratio est falsa, ut dictum est supra num. 83. Imo in cap. Joannes, num. 21. de cleric. conjugat. & in cap. Sacra, num. 7. de his que vi, met. caus. Altin. in summa Confessorum, in d. etat. & qualitat. quest. 50. & 51. Turrecrem. in sum. 7. 4. dist. art. 2. ad fin. dum recitat ultimo loco Raymundum dicentem hanc opinionem esse potioram, ac benigniorem; & idò tenendam Præp. ibidem num. 2. Idem firmant hic gloss. in ver. Conditionaliter, Hostien. num. 38. in eod. vers. Henric. Boich. num. 7. in fin. Cardin. num. 1. quest. 1. Rosell. in ver. Ordo, 3. num. 6. Angel. Ordo, 3. num. ult. Navar. in 2. annali cap. 12. num. 51. ad fin. & num. 52. & lib. 1. conf. in tit. de his, que vi met. caus. conf. 2. num. 1. & 3. conf. 4. num. 4. & seqq. & conf. 5. num. 2. Gregor. Lopez in l. 32. in verb.

Que le tomara, tit. 6. p. 1. & ex Theolog. Richard. in 4. dist. 25. art. 4. quest. 2. ad 3. Dum aut. continentiam non esse annexam Ordini sacro, nisi quoad eos, qui voluntariè illum suscipiunt: & apertim Mojoc in 4. dist. 24. quest. 2. in solut. ad 3. Sorus in 4. dist. 25. quest. 1. art. 2. ad 3. vers. Hoc autem emergit. Henricus in summa lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 14. num. 3. & lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 9. in Commento littera Q. & plerique alii ex modernis, & hanc testantur esse communem in opinionem Petr. R. venis, licet ipse contrarium sentiat, in compend. luru Canon. in tu. de Baptism.

Hic casus abas contigit in Rota in causa Valentina nullitatis susceptionis Ordinis Subdiaconatus coram Cesare de Grassis, & proposito dubio, An promotus ad ordinem Subdiaconatus per vim, & metum, qui cadere poterat in continentem virum, teneatur ad illum, & continentiam observatorem, ita ut uxorem ducere non possit, alio sibi impedimento non obitante: post prolixam examinationem sub die 15. Januarii 1775. Domini tunc per ordinatum ad Subdiaconatum per vim conditionalem non teneri ad continentiam, si quis habebat uxorem, sed si non habebat, teneri juxta distinctionem Goffredi, & sequacium, de qua supra num. 97. Et quia Subdiaconus, de quo tunc agebatur, non erat uxoratus, dixerunt rursus fore, ut preter dispensationem à Papa ad matrimonium contrahendum, & metum hujusmodi justam causam præbere illam concederet, ex Navar. in Manuali fol. 330. Ut sic viam tunc tenent eligeret, ut latius apud eundem Cesar. de Grass. decis. 19. alia prima in tit. de his que vi met. caus.

Verum postea sub die 22. Martii ejusdem anni causa iterum proposita, & articulo diligenti discussio, Rota r. solvit promotum ad Subdiaconatum per vim conditionalem non teneri ad continentiam servare, licet uxorem non habeat, juxta secundam opinionem Joannis, & sequacium Moti fuerunt Domini tunc ex ratione illa inrestragabili, quod omnis actus requirens voluntatem non simplicem, sed liberam, ac spontaneam, qualis est continentia, quæ requirit libertatem à coactione, d. c. Integritas, 32. q. 1. Si fiat coactè, sive per voluntatem coactam, non valet, cap. Notificasti, cum gloss. communi in verb. Licentiam, 33. quest. 5. Abb. in cap. Cum locum, sub num. 6. de sponsa lib. Tum arguendo à voto expresso ad tacitum annuum ordinis; nam puer ordinatus in Subdiaconatum ante usum rationis non tenetur continere, quia sicut non potest se obligare ad votum expresse, ita nec tacite, secundum Innoc. in c. Vel non est compos, sub num. 1. de tempor. ordin. & alios in decis. allegat. Ergo similiter sicut metus annullat votum expresse, cap. 1. de voto, cap. Perlatum, & cap. Cum dilectus, de his que vi met. caus. ita & tacitum, seu annexum ordini. Tum arguendo ab absurdo, quia si quis in ordine expresse voveret castitatem quod solet ab Episcopis exigi in ordinando, per cap. Quamquam, & ibi late Turrecrem. num. 2. dist. 23. Metus vitare votum expresse per se prædicta, & tamen non vitaret tacitum, in quo videtur inesse minor ratio obligationis, vel latentis, & æqualis, non major ad regulam Expresse nocent. Tum denique quia ita loquitur sibi, & observantiam tum Cancellariæ, tum Penitentiarie, ut attestantur auctores citati in d. num. 9. & 27. Cum

enim in hoc articulo auctores sint tam vari, & nihil certi in jure sit cautum, merito attendi debet syllogismus, & obervantia subsequera, ad l. Si de interpretatione, ff. de legibus.

109 Nec procedit similitudo inter coactè baptismatum, & coactè ordinatum: nam baptizatus per metum ad deo tenetur vivere ut Christianus, & fidem Catholicam profiteri, ut in d. cap. De iudic. 45. dist. Quia Sacram. nro Baptismatis est essentialiter, & naturaliter annexa obligatio profitendi fidem. At vero obligatio continentendi non est annexa ordini Subdiaconatus essentialiter, seu naturaliter, sed tantum accidentaliter ex statuto Ecclesiæ: Fuit enim tempus quando subdiacono licebat contrahere matrimonium, cap. Placuit, 32. dist. cap. Ante trimum, 31. dist. & arg. cap. A multis, de etat. & qualitat. Vnde cum Subdiaconatus, & obligatio continentie non sint jure naturæ, vel divino inseparabiliter annexa, sed jure tantum humano conjuncta: merito per metum, qui humana rescindit, & non divina, licet non impediat essentialia Sacramenti Ordinis, & impressio characteris, quæ est divina, impedit tamen conjunctio continentie, quæ est humana. Cujus rei inconsideratio fuit in causa, ut Goffred. Abb. & sequacibus contrariam partem errandè fuerint, non advertentes ex antecedente ordinis illud tunc agebatur, ut ordinatus in Subdiaconatum per vim conditionalem teneatur secundum naturam, & essentialiam Subdiaconatus vivere, sed non secundum illius accidentia, quæ per metum vitantur, ut ex dictis constat, & ex hoc etiam patet solutio ad obiecta, quod Subdiaconus per metum promotus sit v. t. Subdiaconus, & quod de annexis idem sit iudicium, ut bene ibi per Rotam n. 24. & 25.

113 Prædictis tamen videtur obstat decretum Cone. Tolet. VIII. c. 7. de his, qui post assumpta ecclesiasticarum dignitatum officia, ad conjugia redeunt, to. 2. Conc. p. 2. pag. 491. col. 1. Cujus hæc sunt verba: Quosdam enim aut eventum necessitatum, aut metu periculorum adeptos fuisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum: & quoniam cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt: idcirco hæc spernunt, atque ad pristina perstant conjugia, moreque redire, tam nequitæ celsi jura solventes, quam prompti sæculi extant illi ceteris inhiantes & infra ad finem, quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum nõ fuerit factis inhæserit cultibus, & abiciens à se gratiam, quam accepit, relabitur ad conjugium &c. Mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privetur, & ut Apostata à S. Ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur proflus exclusus, monasterii claustris, donec adjuverit, sub penitentia retrudendus. Hæc ibi, unde patet ordinatum per metum, etiam si uxorem habeat, prohiberi ad conjugia redire.

114 At respondetur primo, hoc decretum posse intelligi de his, qui libere postea restituerunt susceptum ordinem: nam metus, & violentia purgant per liberum consensum supervenientem, ut per Hostien. hic num. 38. in verb. Conditionaliter. Io. And. in fin. Henric. Boich. num. 7. in fin. & Buttr. num. 8. Quod colligitur tum ex illis verbis, Et cum hæc sibi imponerentur, se noluisse testati sunt; quæ si dicat, noluerunt, non quidem ab initio sed postea consenserunt: nec non ex verbis seqq. (Et abiciens à se gratiam quam accepit, nam qui

metu ordinantur, Sacramentum quidem suscipiunt non gratum, seu rem Sacramenti, ut patet ex dictis supra num. 84. Tum quia gravitas peccati quam imponit Concilium non congruit ex actè ordinantis, nec potest Concilium prohibere sic ordinato, ne rediret ad pristinum conjugium in præjudicium uxoris non consentientis, ut dictum est supra num. 95.

116 Deinde posset responderi Concilium loqui de metu proveniente ab intrinseco, & causis naturalibus, veluti si quis necessitate victus, vel aliquo impulsu periculo, puta mortis ex infirmitate imminenti, Ordinem factum susceperit, ut innotuit verba illa, (Aut eventum necessitatum, aut metu periculorum, talis enim proculdubio tenetur continentiam servare, ut cap. Sicut, & ibi not. de Regular. & probavi in cap. Si quis, à num. 81. eodem titul.

117 Nec refragatur huic intellectu frequentia verba, Noluisse testari sunt, quoniam intelligi debent de voluntate conditionali proveniente ex illo metu, non autem de noluntate absoluta. Absurdum enim fuisset tales ad continentiam compelleret, quia ut legitur in fine hujus capituli, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti.

118 Alium intellectum ad concilium Toletanum, posuit Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 29. in fin. nempe Concilium sequutum fuisse primam opinionem valde probabilem. Sed hoc stare non potest; Tum quia in conjugato, de quo Concilium loquitur, opinio obligans ad continentiam non est probabilis, cum oppositum teneant auctores utriusque sententiæ. Tum quia si concilium elegisset opinionem valde probabilem, tunc jam non esset opinio, sed lex necessario tenenda, ut est text. in Clem. unica §. fin. & ibi not. gloss. ult. communiter approbata, de Summa Trinit. & fide Catholica.

De Presbytero non baptizato.

Cap Veniens.

VENIENS, Summa hujus Decretalis habetur in cap. 1. supra eod. Vel summari potest sic, Non baptizatus ordinari non potest, & si de facto ordinetur, non recipit Ordinis characterem, licet credatur baptizatus. Hoc dicit, Abb. Siculus. Primo quod de Baptismo tradito ei, qui non fuerat rite baptizatus, secunda ibi, Cæque circa ordinem, allegat pro, & contra, tertia ibi quia verò distinet. Pro intelligentia hujus textus vide quod scripti in cap. Ne imitatus, n. 245 de Constitut.





De Reliquiis, & veneratione Sanctorum. Cap. Audiuimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Pro sancto aliquem venerari non licet sine licentia Papae, etiam si in vita fecisset miracula, & num. 20.
- 2 Declaratur, num. 18.
- 3 Canonizare quid sit.
- 4 Canonizari ut quis possit, quae sint inquirenda, & probanda.
- 5 Miracula quandoque fiunt etiam per malos, & peccatores, & n. 7. & 10.
- 6 Magi Pharaonis an, & quae miracula operati fuerint.
- 7 Antiebrissus numquid faciet aliqua vera miracula.
- 8 Miraculum potest esse mendax tripliciter.
- 9 Fides pro ceteris virtutibus in miraculis operatur.
- 10 Fidem maximam quis potest habere sine charitate, ita ut illius virtuti faciat miracula.
- 11 Fides sine charitate pro canonizandis adultis non sufficit.
- 12 Charitas sola dividit inter filios Regni, & inter filios perditionis aeternae.
- 13 Ad canonizationem an sufficiat excellentia vitae sine miraculis.
- 14 Pueri baptizati, & statim mortui non sunt canonizandi: & est speciale in Innocentibus ut pro sanctis canantur.
- 15 Ad canonizationem Sanctorum qua maturitate, & consilio, quoque ordine sit procedendum.
- 16 In Martyribus canonizandis non requiritur examinatio, sicut in Confessoribus.
- 17 Canonizandi modus, qui nunc servatur in primitiva Ecclesia non servabatur, & cur, ibidem.
- 18 Canonizationis quis sit effectus.
- 19 Praesces porrigere alicui defuncto, quem quis crederet virum probum, cumque secreto venerari non est prohibendum.
- 20 Reverentia duplex.
- 21 Canonizatio est unum ex specialibus Papae servatis, & n. seq. usq. ad n. 28.
- 22 Nec fieri potest ab Episcopo in sua diocesi, & cur, & num. seqq.
- 23 Canonizatus constituitur omnibus communiter adorandus.
- 24 Festa Sanctorum non omnia ubique sunt veneranda.
- 25 Sancti plures coluntur in una tantum ecclesia, vel provincia.
- 26 Carolus Magnus ex tolerantia Romanae Ecclesiae colitur ut Sanctus in sola sua capella Aquisgranensi.
- 27 Calixtus & Christina ab Episcopo consecrata quocumque portentur, sunt ab omnibus veneranda.
- 28 Canonizatio Sanctorum est una ex majoribus causis, quae inter Christianos proponi possit.

- 29 In canonizatione alicujus Sancti si Ecclesia erraret, quod non est irradendum, Deus tamen acceptaret preces in illius honorem porrectas.
- 30 In fide Christi omnia purgantur.
- 31 Ecclesia vix orat pro occiso in ebrietate.
- 32 Vi quod sit tamen sit.
- 33 Ebrietas quot modis accipiatur, & quando sit peccatum, & n. 39 & 40.
- 34 Inebriare aliquem an liceat ad detegendum aliquid secretum concernens publicam salutem, ut proditoris patrie, vel conjurationis in Principem, & num. seqq. usque in finem.
- 35 Ebrietas atque peccatum est secretum mulum custodire, & n. seqq. & n. 45.
- 36 In vino veritas, & n. 43.
- 37 Ebrietas voluntaria non est intrinsece mala. Contrarium, n. 62.
- 38 Ebrietas formalis, vel materialis quando dicitur, n. 65.
- 39 Ebrietas incipit à Noe, qui primus plantavit vineam.
- 40 Voluntas specificatur ab affectu.
- 41 Ebrietas licita est ad evitandam servitiam Tyranni.
- 42 Contrarium, n. 67.
- 43 Iudex ob publicam salutem potest recedere à jure communi.
- 44 Contrarium, n. 69.
- 45 Declaratur, n. 49. & 70.
- 46 Princeps potest manere regia causas cognoscere, & terminare omnino iure iudicario.
- 47 Princeps pro alio publicam salutem iuri debet.
- 48 Tortura adeo purgantur inditia, ut reus puram veritatem dixisse censatur.
- 49 Tortura sine novis inditiis repeti non debet.
- 50 Remedio extraordinario uti licet, quando per ordinarium non est sufficienter consultum.
- 51 Dummodo tamen extra ordinarium non sit à jure improbatum.
- 52 Remedium juris quando suppetit, non est recurrendum ad remedium facti.
- 53 Tortura inusitato tormenti genere inferenda non est.
- 54 Torqueri nemo potest, nisi legitimis procedentibus inditiis.
- 55 Etiam pro crimine laesa maiestatis, & proditoris patrie.
- 56 Et de mandato Principis.
- 57 Ebrietas atque peccatum est, quam tortura confecta.
- 58 Remedio quolibet utendum est ad eum tantum finem, ad quem est introductum, & n. 65 & 67.
- 59 Ebrietas testimonium non valet, & n. seqq.
- 60 Testes de honestate examinari non debent, nisi jejuni.
- 61 Testis non juratus non probat.
- 62 Papa dispensare non potest, ut testis deponat sine juramento, eique fides adhibeatur.
- 63 Ad probandum quis non debet admitti, quod probatum non relevat.

Ebrii

- 64 Ebrietas effugiunt falsam.
- 65 Ebrietas Regnum Dei non possidebunt.
- 66 Ebrietas est mater omnium flagitiorum.
- 67 Ebrietas cur sit licita ad valetudinem corporalem, non autem ad salutem Republicae, vel ad evitandam servitiam Tyranni, & n. 67.
- 68 Moralia recipiunt speciem non ab his, quae per accidens eveniunt, sed ab eo, quod est primo, & per se intentum.
- 69 Defensio propria vite praepositur defensionipatriae & parentum.
- 70 Princeps est solutus legibus humanis, sed non lege naturali, & divina.

**A**VDIVIMVS. Sine Papae licentia non licet alicui venerari profancto. Hoc dicit secundum Io. Audi. & omnes post eum Primò excessum narat. Secundò improbat ibi, Cum vix. Tertio prohibet ibi, illum ergo. Quia hic tractant Doctores materiam canonizationis Sanctorum, ad evidentiam praemitenda sunt quatuor. Primum quid sit Canonizatio. Secundum quis sit Canonizandus. Tertium quo ordine ad Canonizationem sit procedendum. Quartum quis sit Canonizationis effectus.

Circa primum, Canonizare est aliquem Sanctum per Papam catalogo aliorum Sanctorum adscribere, & publicè, ac solemniter, canonice ac regulariter declarare, distinguere, ac statuere ut tantquam sanctus ab omnibus honoretur, & pro ipso sicut pro aliis sanctis ejusdem conditionis certa die annuatim solemne officium celebretur. Ita Host. hic n. 3. qui sic supplet descriptionem Innocenti in prim. & sequitur Io. And. n. 2. Butr. n. 4. & Add. n. 5. Vel dic secundum Augustinum. Triumph. de potest. eccles. q. 14. art. 1. in corp. & S. Antonin. 1. 3. par. tit. 22. c. 5. §. 5. Sanctum aliquem Canonizare non est aliud quàm sanctitatem alicujus venerandam, & approbandam manifestare propter fidem ecclesiae, cuius opera imitantur, & beneficiè recipiuntis.

Circa secundum canonizandi potestis tantum de ejus fide, & excellentia vitae, miraculis per probationes constat, c. Venerabilis, supra de testib. & oportet tantam esse vitam excellentiam ac talia esse miracula, ut excedant vires, & potentiam naturae. Nec sufficit una tantum excellentia vitae, in d. multa, & continua requiruntur. Ita Inn. hic n. 1. qui singula haec requisita egregie probat inducens ad hoc auctoritatem Ecclesiae. 4. 4. Laudemus viros gloriosos &c. eique per omnia subscribunt Host. sub n. 5. vers. Hoc autem secundum Dominum nostrum, & n. 6. Joan. And. n. 4. Butr. n. 7. vers. Et viderunt. Card. & Auchar. ambo n. 5. quibus adde Hulstien. in cap. Venerabilis, n. 2. supra de testib. ubi ait. Ad Canonizandum Sanctos inquirendum esse an et de quo canonizando agitur, antea vita testimonium praebet pro laboribus multis, moribus castis, acibus strenuis, cap. Miramur 61. dist. oportet enim hoc praesenti testimonio praedicari, & bona fama praecognitionis non taceri, cap. Quatuor, 12. q. 2. In primis autem queri debet de simplicitate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Jacob. 4. 6. Item debet inquiri an in vita praecognitiones passus fuerit, cap. Omnis, & cap. ubi admat. 7. q. 1. & an passus fuerit ex charitate, cap. Vide. 1. q. 1. Ita Host. cuius verba ad calatum transcripsi glof. in cap. am. circa med. infr. cod. lib. 6. & S. Antonin. in 3. par. tit. 12. cap. 8. §. 1. Sola

igitur miracula, ut praedixi, ad aliquem canonizandum non sufficiunt sine virtutibus, & vite excellentia, quod multiplicem habet rationem.

Prima ratio est, quia quandoque etiam per malos, & peccatores fiunt miracula, cap. Tenemus, 1. q. 1. Hostien. hic in prim. Abb. n. 4. & plerique alii. Unde & magi Pharaonis tria operati sunt miracula, ut ait glof. ult. in cap. Tenemus, tam virgas in serpentes converterunt, quam in sanguinem, & fecerunt aquam ranis ebullire, sicut Moyses. Sed tu adverte, quia illa vere non fuerunt miracula, sed magica praestigia, ut legitur in c. p. Nec mirum, 26. q. 1. Ideoque Innoc. hic n. 1. vers. Non sufficiunt miracula, non dicit Magos illos fecisse miracula, sed fecisse multa, quae videbantur ultra vires naturae. Admittunt tamen Theologiam per malos Christianos quandoque miracula fieri, ut per D. Thomam in 2. 2. q. 78. art. 2. ad tertium. Quinimò etiam Antichristus faciet aliqua vera miracula quoad naturam rei virtute Daemonum, licet falsa quoad rationem miraculi, & ad decipiendum, ut idem docet d. q. 17. art. 1. ad secundum: & de his miraculis, quae fiunt per malos, consule August. Triumph. de potest. eccles. q. 15. art. 4. Item miracula quandoque fiunt ex scientia, & non ex dono Dei, quandoque ex dono Dei, & non ex merito vite, ut in Regibus Francie, secundum Anton. de Butr. in cap. Venerabilis, n. 1. vers. Nec sufficit miracula, supra de testib. Non igitur mirum si miracula factis non sint ad hoc ut quis sanctorum numero adscribatur.

Secunda ratio, quia hunc facile possent decipi fideles, sicut in hoc cap. Dicuntur diabolice fraude decipi, qui ut sanctum venerabantur hominem quemdam in portatione, & ebrietate ocellum. Miraculum enim potest esse mendax tripliciter. Primò scilicet quia d. ficit à ratione facti, ut in praestigis. Secundò, quia deficit à ratione miraculi. Tertio, quia deficit à fine Dei, ut in malis Christianis, S. Thom. 2. Theol. 2. 2. lect. 2. in fin. §. & in his multivariis signis, & fallis, documentis decipiuntur, ut legitur in cap. prox. §. fin. infra de idem.

Tertia ratio, quia fides pro ceteris virtutibus in miraculis operatur, secundum illud Matth. 17. 20. [Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis huic monti transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis, Host. hic n. 6. 10. And. n. 4. vers. Fides etiam, ad eum ut aliqui propter fidem, quam habent, operentur miracula etiam sine charitate, juxta illud Apost. 1. ad Corinth. 13. 1. [Et si habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit nihil sum] & transumptive habetur in cap. Solet, de consecr. dist. 4. Abbas hic n. 14. adiciens hoc semper notandum quia potest haberi fides maxima, ita ut eius virtute faciat miracula, sine charitate, Fides autem sine charitate non sufficit in adultis canonizandis, quia sine operibus mortua est. Iacob 2. 10. And. hic n. 4. vers. In adultis autem. Quinimò, ut inquit Augustin. tom. 3. 15. de Trinit. cap. 18. Sola charitas dividit inter Sanctos enumeratur: Unde si per charitatem quis inter Sanctos enumeratur: ergo sine charitate quis inter Sanctos annumerari non potest. Ita arguit Augustin. Triumph. de potest. eccles. q. 14. art. 4. in 1. arg. contrario.

Ultima ratio, quia ut habetur Matth. 7. 22. (Multi dicunt mihi in illa die, nonne in nomine tuo Domine eccimus) &c. & tamen Dominus respondebit eis nunquam novi vos, Innoc. hic n. 1. vers. Non sufficiunt miracula, & contra vero excellentiam vitae sine miraculis



raculis putat Innocen. sufficere quoad virtutem, licet dicat ecclesiam non debere tales canonizare ea ratione, quia in secrete poterunt laxiorem vitam ducere, ut per cum, n. 1. *vers. Vitam tamen*, cum quo transeunt Hostien. n. 6. *vers. Licet autem*, Ioan. And. n. 4. *circum fin. eod. vers. Butr. n. 7. ad fin. Cardin. n. 5. vers. Dicit tamen*, Abb. in cap. *Venerabili, n. 1. vers. Non enim sufficit*, supra de testib. ubi ait, vitam sine miraculis non sufficere ad canonizationem obrendendam, sed bene ad finem beatitudinis: nam ad esse sanctitatis miracula necessarii non requiruntur. Tu dicis hoc esse expressum in Constitutione Gregorii IX. incipit. *Cum dicat Dominus*, edita die prima Junii 1232. §. 3. in Bullar. tom. 1. pag. 43. Cujus hæc sunt verba, (Licet ad hoc ut aliquis sanctus sit apud Dominum in Ecclesia triumphante, sola sufficit finalis perseverantia juxta illud, Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: ad hoc tamen ut sanctus habeatur apud homines in ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum, merita videlicet, & miracula, ut hæc, & illa sibi ad invicem contesterentur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis.) Hæc ibi.

14 Ex his inferitur ut pueni baptizati, & statim mortui non sint canonizandi, quia nec multam gloriam cum eis fecit Dominus sua magnificentia. Et est speciale in Innocentibus, ut pro sanctis colatur quia vice Christi mortui sunt, secundum Innocent. num. 3. *vers. Ex prædictis apparet*, & Host. n. 10. *vers. Apparet ex prædictis*, quibus ceteri subscibunt.

15 Circa tertium, qua maturitate, & consilio, quo veordine ad canonizationem sit procedendum, distincte, & prælate hic explicat Hostien. num. 3. *vers. Ad hanc autem*, ubi ex ordine recenset decem actus ad canonizationem præambulos; undecimo loco sententiam ipsam canonizationis & definitionis Summi Pontificis, duodecimo quæ canonizationem subsequuntur, quæ singula huc non transfero, quia ab ipso peti possunt, & à Io. Andr. num. 3. & Butr. num. 5. & S. Antonin. in 3. p. tit. 22. cap. 5. §. 5. qui illius verba fere ad calamam transcripserit. Subdit tamen Hostien. prædictum ordinem non semper ad unguem observatum fuisse & maxime quando agebatur de martyrisatione pro fide. Tales autem consueverunt facilius, & levius expediri. Imo, ut inquit. Aug. *Triumph. de potest. eccl. q. 14. art. 1.* Ad secundum in pimitiva ecclesia non servabatur modus canonizandi, qui nunc servatur, propter duo. Primum quia illi sancti ut plurimum erant martyres, in quibus non requirebatur talis examinatio, sicut requiritur in Confessoribus, ut idem probat q. 16. art. 3. Secundò ex fervore fidei nascentes ecclesie, & ex meritis Christi, & Apostolorum miracula, & alio opera sic erant evidenter, ut nulla possent tergiversatione celari. De modo autem nunc servando in canonizatione Sanctorum, consule eundem q. 16. per tot. & cur nullus Patrum veteris testamenti fuerit à Papa canonizatus, vide S. Antonin. in 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 5. *circum fin. vers. sciendum.*

17 Circa quartum breviter dicendum Canonizationis effectum esse, quia per eam Canonizatus consequitur, ut à cunctis fidelibus colatur pro sancto, & ecclesia pro ipso, sicut pro sancto, solemnitè officium celebret, & ipse in litaniis inter sanctos publice adnumeretur, secundum illud Ec-

clesiast. 44. (*Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum annunciet Ecclesia.* Ita Innoc. hic n. 3. cui Hostien. sub n. 10. *vers. Verum secundum Dominum nostrum*, & reliqui adst. pulantur, *glos. Magna circa med. vers. Hoc autem c. in sequitur in c. un. infra eod. lib. 6.* Quamquam enim, ut idem Innoc. subdit n. 4. & alii post eum, qui libet possit preces porrigere alicui de sancto, quem credebat vitum probum, ut apud Deum intercedat, ut dicam infra in cap. *pro ex. n. 1.* tamen pro illo fas non est solemne officium celebrare, aut preces publicas fundere, ut hic. Tu dicis secundum Augustin. *Triumph. de potest. eccl. q. 14. art. 1.* ad primum duplicem esse reverentiam, quædam est universaliter injuncta quædam verò voluntarie, & particulariter assumpta. Prima reverentia solum honorandi sunt sancti per ecclesiam Canonizati. Sed secunda reverentia possunt honorari alii secundum particularem devotionem uniuscuiusque. Et videt Concilium Tridentinum, *sess. 25. de invocatione, venerat. & reliq. sanctor. & Cardin. Bellarm. lib. 1. de sanct. cap. 10.*

20 Quibus præmissis venio ad notabilia, & primo nota ibi, absque auctoritate Romane Ecclesie, non licere alicui publice venerari pro sancto absque auctoritate Romani Pontificis, etiam si in vita fecisset miracula, ut hic est casus secundum Abb. Antiqu. & omnes, & notat Butr. n. 3. & Abbas Siculus in 2. notab. Atque ita Sanctorum Canonizatio est unum ex specialibus Papæ reservatis, ut notatur in cap. *Quod translationem*, in *glos. ult. supra de offic. legari secundum Hostien. hic n. 13. in ver. Absque auctoritate*, Ioan. And. num. 6. in *verb. Auctoritate* Cardin. in 2. notab. & Anchar. n. 4. Idem firmant Augustin. *Triumph. de potest. eccl. q. 14. art. 1.* Cardin. Turrec. in c. 1. num. 22. *de consec. dist. 3.* S. Antonin. in *Summa par. 3. tit. 22. cap. 5. §. 5.* Troil. *Malact. in tract. de Canonizat. Sanctor. num. 5. & seq.* Cardin. Bellarm. *de sanct. beatitud. tomo 1. par. 2. lib. 1. cap. 8.* & alibi passim Doctores, & consequenter hæc facultas nulli Episcoporum competere secundum Innoc. & omnes hic & Augustin. *Triumph. d. qu. 14. num. 2.* Rationem reddit Innocent. n. 2. quia cum per canonizationem sanctus constituitur omnibus adorandus, & nullus omnibus præsit, nisi Papa, qui immediate est ordinarius cunctorum fidelium, cap. *Cuncta per mundum*, & cap. *Per principalem* q. 9. 3. Consequens est ut Papa solus hanc universalem adorationem possit omnibus fidelibus indicere. Nam & cuilibet alteri possent respondere nõ subditi, extra territorium jus dicenti impune non pareretur, *l. fin. ff. de jurisd. omni. judic. cap. Vt animarum de Constit. lib. 6.* & hanc rationem Innocentii approbant hic Abb. Antiqu. n. 2. Io. Andr. n. 5. Butr. num. 7. Cardin. num. 6. & Anchar. in *ult. questione* Cardin. Turrec. cap. 1. num. 2. *de consec. dist. 3.* Nec valet si dicatur licere debet cuilibet Episcopo saltem in sua diocesi, ut videtur expr. sum in c. *fin. in 1. respons. supra de feris ibi* (Cæterisque solemnitatibus quas singuli Episcopi in suis civitatibus cum Clero, & populo duxerint solemnitè venerandas) & in cap. 1. *vers. Et illa sicut videret, de consec. dist. 3.* nam, ut respondet Innocent. ex quo sanctus est, non solum ab aliquibus, sed ab omnibus, nec solum in una ecclesia, sed in omnibus est communiter venerandus. Aliquin incidretur in illam reprehensionem, quia Apostolus *ad Corinth. 1.* redarguit quosdam dicentes. *Ego quidem*

dem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Ghebe, ego autem Christi.

23 Nec obstat jura in contrarium adducta. Quia ut respondet Hostien. hic n. 8. & Io. Andr. n. 6. in *ver. Romani Pontifici*, debent intelligi de sanctis antiquitus approbatis, non enim omnium Sanctorum, & singulorum festa colantur ubique. Imò aliquod festum in una diocesi colitur, & non in alia.

24 Cæterum prædictam Innocentii rationem impugnat hic Hostien. num. 9. Tum quia multi sunt etiam per Sedem Apostolicam canonizati, qui in una tantum ecclesia, seu provincia coluntur. Et in specie Carolus Magnus ex tolerantia Romanæ ecclesie tamquam sanctus colitur in sola sua Capella Aquisgrani, non autem in aliis ecclesiis, & pulchra illius miracula recensentur in historia Specular. lib. 25. cap. 5. ut hic refert Io. Andr. num. 5.

26 Tum quia non est bona consequentia, factus est ubique venerandus: ergo Episcopus non potest in sua diocesi sanctum canonizare, quia etiam calix, & christa ab Episcopo consecrata, quocumque portentur, sunt ab omnibus veneranda, & hæreticus ab Episcopo condemnatus ab omnibus fidelibus vitari debet, ut legitur, & notatur in c. *ad abolendam*, & in cap. *Excommunicamus*, il primo, infra de heret. Facit textus in cap. 1. & quod ibi dixi in 4. notab. *supra de treque. & pace*, & tamen si Episcopus vellet hoc dicere, seu præcipere non subditis, posset ei responderi, extra Territorium jus dicenti, &c. Quare ipse Hostien. num. 10. affirmat multiplicem rationem reddi posse cur Sanctorum canonizatio spectet ad solum Romanum Pontificem.

27 Primum scilicet quia hæc est una de majoribus causis, quæ inter Christianos proponi possit. Majores autem causæ ad Sedem Apostolicam sunt referendæ, cap. *Majores, in princ. supra de Baptism. Secundo*, quia miracula tribuuntur fidei, ut dicitur etiam supra n. 9. Hæc igitur quæstio cum sit de fide, spectat ad definitionem solius Papæ, cap. *Quotiens*, 2. q. 1. Tertio, quia ad Summum Pontificem pertinet declarata dubium scripturarum, c. *Per venerabilem, §. Rationibus*, qui *fin. sit legit*, cap. 1. *sup. de feud.* Ergo multo fortius dubium sanctitatis, quia circa majora majus periculum videtur, & ideo cautius est agendum, c. *Vbi periculum, de elect. lib. 6.* Quarto, ne populum decipi contingat ob multorum Episcoporum simplicitatem, ut hic, & in cap. *prox. infr. eod.* Quinto ne contingat in infinitum sanctos multiplicari, & sic devotionem frigidescere, ac sanctitatem vilescere, cap. *Episcopi*, 80. *dist.* Omnis autem infinitas, sed hæc præcipue est vitanda c. *Cum in multis, de rescript. lib. 6.* Ita Hostien. à quo prædictas rationes mutuavit glossa magna in cap. *un. infr. eod. lib. 6.* cum quatuor essent ibi Gemin. & Franc. Aliam rationem addit August. *Triumph. de potest. Eccl. q. 14. art. 1. in corp.* videlicet quia sicut solus Christi est homines sanctificare, & sanctos facere, juxta illud, *Levit. 21.* Ergo sanctus sum Dominus, qui sanctificat vos, ita est solus Papæ, qui Vicarius est Christi, hominum sanctitatem manifestare, & approbare. Similiter sicut olus Papa est caput totius ecclesie, ita ad ipsum solum spectat membris ecclesie mandare, ut alicum colant ut sanctum. Ulterius, sicut opera, quæ sanctitati alicujus testimonium perhibent, fidei ecclesie innuntant;

ita ad illum pertinet hujusmodi sanctum canonizare, ad quem pertinet quæstiones fidei determinare. Quod quidem planum est spectare ad Summum Pontificem, ut in d. cap. *Quoties*, 2. *quest. 1.*

28 Cæterum si ecclesia in hujusmodi Canonizatione erraret, quod non est credendum, tamen preces in honorem talis porrectas Deus acceptaret, ut inquit Innoc. hic num. 14. & Hostien. n. 10. *circum fin. vers. Quid si ecclesie*, & *glos. in cap. un. in verb. Sedes Apostolica ante med. vers. Et si ecclesia infr. eod. lib. 6.* Omnia enim in fide Christi purgantur, cap. *Vestra*, in 1. *respons. ad fin. sup. de vita, & honest. Clericor. & mulier.* & esto veritas canonizationis deficeret, tamen non deficeret fides, c. *Debitum*, §. 1. *ad fin. supra de Baptismo*, & cap. 2. & 3. *ad fin. de Presby. non baptiz.*

29 Sed tu adverte, quia hæc quæstio supponit ecclesiam posse errare in canonizatione sanctorum. Quod tacite admittit Innocent. & facit ut expresse glossa, & Hostien. loci citatis, dum dicunt hinc calum posse accidere per textum in cap. *A nobis*, il secundo, in 1. *respons. infra de fin. excomm.*

30 Sed contrarium tenent multi, & præcipue S. Thom. in *quodl. 9. art. ult.* quare de hac controversia dic ut plene scripsi in cap. *Venerabili*, à n. 10. usque in *fin. supra de testib.*

31 In glossa prima nota ebrietatem non semper esse peccatum mortale. Quod non obicitur in summa littera hujus capitali dum dicit vix orandum esse pro eo, qui in ebrietate occisus est: nam si veniale peccatum, pro tali orat ecclesia, cap. *Pro obuentibus*, 13. qu. 2. & ita quod vix fit, tamen hic, 1. *Vix, ff. de judic. cap. 2. de cognat. spirit. lib. 6.* At quando mortale peccatum est, pro eo qui illud commisit & sine penitentia obiit, nullatenus est orandum, cap. *Negue*, 88. *dist. cap. Cyprianus*, 21. q. 3. cap. *Placuit*, 25. qu. 5. Tunc autem glossa dicit ebrietatem esse peccatum mortale, quando est assidua, alioquin esse tantum veniale, ut 25. *dist. §. Alius, vers. Et quavis Apostolus, & vers. Quæ autem sunt minuta*, & sequitur Hostien. hic num. 12. dicens secundum hanc distinctionem esse intelligendum, cap. *Episcopus*, 25. *dist. c. Nullus, de consec. dist. 5.* & cap. *A crapula, de vita, & honest. Clericor.* Verum alio modo distinguebatur Vincentius in d. c. *A crapula*, cum quo transeunt hic Ioan. Andr. n. 8. *vers. Dicebat*, Butr. nu. 6. *vers. Quando autem*, & *Anchar. num. 3.* videlicet ebrietas in quantum est quantitas, quæ melle homini, qui facile inebriatur, forte ex debili cerebro, non est peccatum. In quantum verò est passio, ut quia tacet vino sepultus, itidem non est peccatum; nec putat talem excommunicatum, si tunc percuteret Clericum, c. *Sand*, 15. q. 1. In quantum autem est actus, si est assiduus (non dico assiduus quod idem iteretur, sed quia similes præcedunt), tunc est mortale. Idem in illo, qui se scilicet inebriat. Si vero ignoranter, ut quia ab uxore decipitur, vel ignorat vini potentiam, tunc peccat venialiter.

32 QUÆRO An liceat alicui inebriari ad detegendum aliquod secretum concernens publicam salutem puta prodicionis patriæ, vel conjurationis in Principem.

34 Ad evidentiam propositæ quæstionis, quam non reperit aliquo excitatam, supponendum est tantummodo litteris, quam ex Patrum, & aliorum scriptorum testimonio, hoc peculiare vitium tribui ebrie-



ebrietati, quod secretum nullum custodiat: nam Proverb. 31. legitur, Nullum secretum est ubi regnat ebrietas in & Augustin. Epist. ad Sacras Virgines. (Ebrus, inquit, vultu dejecto, supinus accumbit, & sui omnino nescius, spectaculum se convivio præbet, & nihil consequitur sanum nullo alio cogente, præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit.) & Bernard. in lib. de contemptu mundi, (Quid turpius ebriolo, cui factor in ore, tremor in corpore, qui promit stulta, pandit occulta, cui mēs alienatur, facies transformatur; ibi nullum est secretum, ubi regnat ebrietas.) Item Seneca Epist. 28. (Mero onerati, quemadmodum non retine nescibum vino redundante, ita nec secretum, quod suū est, & aliorum, pariter effundunt.) & infra. (Ebrionemo secretum sermone committat.) & Epist. 38. (Certè detegit omne vitium ebrietas, & incendit; ubi possit dicere nimia vis vini, quidquid male latebat, detegit, vel emergit.) Similiter Virgil. de Vin. & Vener.

Multos casus amor cogit secreta fateri;  
Arcanum demens detegit ebrietas.

& Horat. lib. 1. Epistol.

Quid non ebrietas designat opera recludit.  
Fæcundus calices quem non scire dixerunt;

Hinc Aelchines dicere solebat speculum formæ esse as, vinum autem animi: in finibus nil tam certum esse animo nostro insculptum, quod homo ebrius non effutiat. Sed & Plinius lib. 15. cap. 22.

Scriptum reliquit, vinum usque adeo mentis arcana prodere, ut mortifera etiam inter populo loquantur homines, & ne per jugulum quidem reditura voces contineant, vulgusque, inquit, veritas attributa est vino: unde etiam prodit adigium illud, (In vino veritas.) Item illud. (Non audivi verum, nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebriis & infans.) ut refert Paul. Manut. in Adagia; necnon illud Græcorum apud Plutarch. in opuscul. de gæstulis, quod in corde sobrii, id in lingua ebrii. Quæ cum ita sint, si contra aliquem suborta sit suspicio, quod sit conscius proditoris, vel machinationis occultæ in Principem, aut regnum, contingit dubitari, an ad eam detegendam fas sit illum inebriare, præsertim si veritas aliter haberi non possit.

37 Ad partem affirmativam arguitur primo, quia ebrietas non videtur intrinsece mala: aliquando enim, & ex aliqua circumstantia potest esse sine peccato. Ideoque secundum Cardin. Cajetan. in 2. 2. quest. 150. art. 2. in respons. ad 3. Ebrietas scienter non ex delectatione potus, sed propter medicinam, est licita, si medicina ars disponat ebrietatem esse necessariam ad evacuationem, seu curam illius infirmitatis, quia in illo casu non est ebrietas formaliter, sed materialiter tantum, cum non sit ex delectatione in potu vini: & idem firmat absolute Marian. Socin in cap. si confiteris, num. 20. de accusat. ubi refert insignem Medicum suo tempore ægrotum quemdam à periculoso morbo liberasse frequenti ebrietate, ut scripti plenus in cap. A crapula, num. 33. supra de vit. & honest. Clericor. Si igitur licita est ebrietas pro salute corporis naturalis, longe magis videtur licita pro salute corporis mystici totius civitatis, vel regni, arg. Auth. Res qua, vers. Ea enim qua communiunt omnibus pro sunt, C. Comm. de legat. cap. Scias, 7. qu. 1. glof. & DD. in cap. Bone, il

38

39 primo, supra de Postul. Pralat. Hoc enim casu nec respectu ebrii, nec respectu inebriantis videtur ebrietas formaliter. Non respectu ebrii, qui forte ebriatus ignorans potentiam vini, sicut Noe, qui primus vineam plantavit, dedit naturam, sed ignoravit potentiam, & vinum nec suo pepercit auctoritati, ut legitur in cap. Sexto die, §. In principio, 37. dist. ad idem cap. Inbriaverunt, 15. qu. 1. unde talis non peccat, ut per D. Thom. in 2. 2. qu. 140. art. 2. & Archid. in d. cap. Sexto die, num. 9. V. I. certè si inebriatur voluntariè, non tamen ex voluptate, & concupiscentia vini, sed ut pereat Principi sic præcipienti: & sic ebrietas respectu ebrii non est formalis, argum. cap. 1. 15. qu. 6. Sed nec respectu inebriantis, quia principaliter non intendit ebrietatem, sed revelationem secreti, quæ licita est: voluntas enim specificatur ab objecto, cap. Cum voluntate, infra, de sens. excomm. l. Quæ iniuria, in princ. ff. de furt.

40

41

42

43

44

44 omne jus positivum, possit illam legem tollere, vel saltem super ea dispensare utendo ebrietatis remedio ex causa publica salutis, quam Princeps præ alius tueri debet, l. 3. ff. de offi. Præsid. Vigil.

45 Cum præsertim id novum non videatur: nam celebre est Apophthegma cuiusdam Persæ, qui negavit tormentis opus esse ad exquirendum verum, eo, quia vino rectius eliciatur, quod approbât Horat. lib. 3. Carm. Ode 21. alt.

Vt lute tormentum ingenio adnoverit

Plerumque duro: tu sapientium

Curas, & arcana iocoso

Consilium regere Lyao.

Et ita, arte poetica,

Reges dicuntur multâ urgere cololla,

Et torquere mero, quem per speciosos laborant,

An sit amicitia digna.

46 Sed præmissis non obstantibus, dicendum est minime licere ob prædictam causam aliquem inebriare.

Primo, quia aut contra eum extant legitima indicia, quod sit conjurationis conscius, vel participes, aut non: Si extant, ad exquirendum verum utendum est contra ipsum remediis præscriptis à jure: debet enim subijci tortura, ut l. 1. ff. de quest. & l. Miles, §. Oportet C. eodem, glof. & DD. in cap. Cuius contemplatione, infra de reg. iur. Quam si sustulerit, iam purgavit indicia, & quidquid deposuit, dicitur esse pura veritas, secundum communem, & ubique gentium servatam opinionem, de qua per Alber. in rubr. C. de quest. num. 9. & in C. Edictum, n. 2. ff. de iur. & alios apud Jul. Clar. in Pract. Crimin. §. fin. q. 64. vers. Illa res tortura. Unde iniquum esset eum torquere iterum, & cruciare ebrietate, ex notatis per Bart. in l. fin. in princ. ff. de quest. Petr. de Bellapert. & Salic. in l. si qui adulteris, C. de adulter. & Alex. in l. Vniu. §. Resus, in ver. Nec confiteris, ff. de quest. Ebrietas enim est species tortura, secundum illud Ovidii lib. 1. Epist. ad Gall.

Commissis leges & viros tortus, & ira.

47 nec non illud Horat. & torquere mero, ut dixi supra num. 45. & Alesiores, qui sine novis indicibus tormenta repetunt, nec Deum, sine leges habent præ oculis. ut inquit Cyn. in l. fin. n. 8. in fin. C. de quest. latè Hippol. de Marfil. in l. Reperit, num. 6. & seq. ff. eod.

48 Nec dicatur hoc casu, in quo urgent indicia contra aliquem, posse Principem relicto remedio ordinario tortura, ab initio adhibere extraordinarium remedium ebrietatis, si cognoscatur aliter securitati publicæ non esse sufficienter consultum, argum. l. Qui bona fide, §. Si quis opus, ubi Bart. numero 2. vers. Aut per ordinarium, ff. de damn. infra.

Quoniam hoc procedit, dummodo extraordinarium remedium non sit à jure improbatum, ut efficaciter probat textus in cap. Consulisti, 2. q. 5. ubi Stephanus Papa reprobandis iudicium purgationis vulgaris; Ferri, inquit, candidens, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent Canones, & quod Sanctorum Patrum documento sancitum non est, superflitiosa ad inventionem non est presumendum. Spontanea enim confessio, vel testis approbatione publicata, debita habito præ oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare, Occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, Prosp. Fagn. in 2. par. 3. lib. Decretal.

50 qui solus novit corda fidelium hominū.) Hæc ibi. Quamvis ergo suppetit remedium iuris, non est recurrendum ad remedium facti l. Negatus, C. de action. & obligat. l. Extant, ff. de iudic. caus. Rom. conf. 71. Visti dubium, numero 6. Et quamvis adhibere legitima contra reum indicia, non tamen sine gravi peccato, ut licet inusitato hoc tormenti genere sed solito tantum, & consueto, ut notat Bald. in l. 1. num. 4. C. de mendat. se vo. Brum. in tract. de iudic. & tortor. in 2. part. qu. 2. numero 7. & alii apud Prosper. Farinacc. in eodem tract. qu. 38. numero 35. & seq.

51

52

53

54

55

56

57